HYGINI
DE ASTRONOMIA

EDIDIT

GHISLAINE VIRÉ



STVTGARDIAE ET LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCII

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Hyginus ‹Mythographus›:
[De astronomia]
Hygini De astronomia / ed. Ghislaine Viré. –
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1992
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-519-01438-6
NE: Viré, Ghislaine [Hrsg.]

Printed in Germany
Satz und Druck: Interdruck Leipzig GmbH
Buchbinderei: Leipziger Verlags- und Druckereigesellschaft mbH

Ed. Liénard
magistro meo

PRAEFATIO

Quicumque hodie opus astronomicum Hygini edendum suscipit non potest facere quin miretur quanti id per Antiquitatem Mediumque Aevum aestimatum sit, quantulo autem studio philologis postea fuerit.

Re vera duabus de causis opus Hyginianum in maxima gratia apud antiquos fuit, primum quod ad opera partim mythologica partim astronomica pertinuit quae ab Arato descenderunt, deinde quia ad rationem usumque de signis caelestibus parandum lectoribus scriptum est. Quod opus hoc ipso a Medii Aevi initio compilationibus insertum est quas librarii de artibus liberalibus collegerunt, postea autem nostri temporis philologi, compositionem verborum saepe inornatam esse et astronomica summa cum cura non quaesita esse rati, in numero minorum operum ita habuerunt ut omnes codices qui etiamnunc existant ad novam editionem praestandam recensere non dignati sint.



Opus quod *de astronomia* inscribitur quis scripserit dubium est, etsi nunc credendum esse videtur compositum esse ab Hygino mythographo[1], liberto eo ex Hispania oriundo, cui Augustus bibliothecam Palatinam curandam tradidit. Diu enim philologi id opus incultius habuerunt quam ut ante primum aut secundum saeculum scriptum esse posset. Postea autem quam apparuit in eo opere astronomico eas-

1 A. LE BŒUFFLE, *Recherches sur Hygin*, in *Revue des Études Latines*, t. 43, 1965, pp. 186–187.

dem fabulas relatas esse atque in opere mythologico quod *Fabulae* inscriptum sub Hygini nomine servatum est, effectum est ut utrumque opus ab uno eodemque scriptore compositum esse videretur; cum vero notitiae rerum astronomicarum vetustiores ac elementis astrologicis vacuae viderentur, inde secutum est, libros *de astronomia* solum aliquot annis ante Christum natum scriptos esse posse[2], quo ipso tempore viveret Augusti bibliothecarius. Accedit quod Hyginus mythographus, amicus Ovidii poetae et rerum scriptoris Clodii Licinii et consulis pythagoreique Fabii Maximi cui opus astronomicum verisimiliter dedicatum est, cum scripta plurimorum auctorum excerpere non desineret, complura opera de variis rebus confecit quorum nulla alia nunc supersunt nisi *Fabulae* ac libri *de astronomia.*

Si quis quaerit qui locus operi Hyginiano inter omnia opera de sideribus scripta attribuendus sit, animadvertit id inter Aratea Ciceronis Germanicique Caesaris ponendum esse praefationeque lecta, in qua Hyginus ipse refert quas res in singulis libris agere in animo habuerit, opus *de astronomia* multo perfectius esse reperit quam cetera eiusdem generis[3]. Postquam enim in libro primo paucis verbis quid aliquot vocabula – sphaera, polus, circulus, zona ... – significent memoravit, in libro secundo quibus de causis quidam inter astra collocati sint quoque modo ita signa quadraginta duo constituta sint narrat ac de eisdem in tertio libro dicit quibus stellis ficti sint quoque loco caeli videri possint; liber vero quartus totus ad astronomiam pertinens, in quo Hyginus de septem circulis, de motu mundi, de diebus ac noctibus, de luna ac sole de planetisque disputat, media sententia finitur, paucis verbis incerta de causa amissis.

2 A. LE BŒUFFLE, *op. cit.*, p. 290.

3 *Cicéron, Aratea, Œuvres poétiques,* éd. J. SOUBIRAN, Paris (C. U. F.), 1972, p. 8; *Germanicus, Aratea,* éd. LE BŒUFFLE, Paris (C. U. F.), 1975, p. IX; J. MARTIN, *Histoire du texte des „Phénomènes" d'Aratos,* Paris, 1956, pp. 38–57.

PRAEFATIO

Vt Hyginus nomina complurium scriptorum Graecorum praesertim in fabulis libri secundi rettulit, ita auctorum Latinorum quibus usus est non omnia nominat, inter quos Ciceronem Nigidiumque Figulum fuisse verisimile est[4]. Opus Hyginianum non solum ad explananda Arati Phaenomena compositum est, ut mythographus ipse in praefatione sua demonstrat, sed etiam vestigia manualis libri amplioris quam Arati servat quem Eratostheni attribui solet. Constat enim Hyginum opus doctius quam elegantius conficere cogitavisse propterea quod, locis exceptis in quibus quid consilii sit immodeste declarat, concepta et usitata verba quam exquisitum dicendi genus adhibere maluit; haud enim raro in libro quarto etiam incomptius ceteris scripto sententia perficitur aliter ac coepta est.

*

* *

Praeterea, cum saeculo secundo post Christum natum Ciceronis Aratea moribus accommodatiora eorum qui operibus antiquioribus rursus studerent, operi Germanici Caesaris praestitissent, excerpta ex libro secundo et tertio Hyginiano figuris inserta sunt quibus editiones Ciceronianae ornabantur.

Postea Aratea in scriptoriis mediaevalibus etiam atque etiam transcripta figurisque ornata sunt ita ut nunc nobis satis constet opus Hygini non solum recta via, sed etiam per locos scriptorum posteriorum traditum esse.

Initio autem saeculi septimi Isidorus Hispalensis, ubi libros *de natura rerum* composuit, textum totum libri quarti Hyginiani etiam tunc legisse videtur, cum etiam in veterioribus codicibus qui ad nos pervenerunt finis truncus sit.

4 *Hygin. L'Astronomie,* éd. A. LE BŒUFFLE, Paris (C. U. F.), 1983, pp. XVI-XVIII.

PRAEFATIO

Postquam librarius nomine Gerlandus opus Hyginianum, libro secundo excepto, compilationi suae inseruit cum aliis excerptis astronomicis antiquis ac recentioribus, Theodoricus Carnutensis, ad partem astronomicam manualis libri sui de artibus liberalibus conscribendam, Hygino inter alios auctores usus est quem, cum intellexisset fabulas libri secundi sibi nulli usui esse, transcribere mox desiit. Deinde alii librarii opus Hyginianum inspicere operae pretium esse existimaverunt, ex quibus Ioannes Sarisberianus quod ad sphaeram attineret et Arnulfus Aurelianensis qui eodem tempore commentarios Fastorum Ovidianorum composuit. Quamquam longum est omnes qui libros de astronomia percurrerunt singillatim enumerare, velim tamen Roberti Frescher etiam mentionem facere, qui saeculo sexto decimo, cum principi Francisco Valensi honoris causa opus Hyginianum dedicare vellet, in linguam Gallicam ita convertit ut verbum e verbo non exprimeretur.

Quo tempore in promptu lectoribus iam erant complures editiones typographicae, inter quas dignae sunt quae memorentur fere decem Renovatis Artibus ex codicibus humanisticis impressae atque omnes artissime coniunctae cum editione principi (Ferrarae, 1475) et editione E. Ratdolt (Venetiae, 1482), nisi libri J. Soter (Basileae, 1534) et G. Morel (Parisii, 1559). Ab saeculo autem septimo decimo exeunte opus Hyginianum voluminibus Mythographorum Latinorum insertum est atque ex codicibus veterioribus editum qui tamen minore cum cura descripti sunt quam ut hodie sine ullo dubio reperiri possint. Vnde fit ut tantum coniciendum sit Th. Muncker (Amstellodami, 1681) Parisinum Latinum 8663, Reginensem Latinum 1260, Reginensem Latinum 1207 etiamque, ut verisimile videtur, Vossianum Latinum 8° 15 recensuisse, Van Staveren autem (Lugduni Batavorum-Amstellodami, 1742) non solum codicibus Leidensibus usum esse, id est Vossianis Latinis 4° 92, 8° 15 et 8° 84, atque codice Hemsterhusiano quodam qui hodie sub titulo B.P.L. 225 olim 425 signatus est, sed etiam codice alio qui Jacobi Philippi Dorvilliani fuerat.

Num mihi opus est referre usque ad recentissimum tempus lectores Hygini nullum alium textum inspicere potuisse nisi editionem quam anno 1875 in lucem prodidit Bernardus Bunte (Lipsiae, 1875), tribus tantum codicibus usus (id est Dresdensi Dc 183, Guelferbytanus 18.16 Aug. 4° Guelferbytanusque 65. Aug. Fol.)? Quam editionem quicumque cum codice Dresdensi Dc 183 accuratissime confert, quot locis verba propria librarii cum additamentis correctorum confusa sint reperit. Qua re non mirandum est quod complures philologi codices Hyginianos postea recensere coeperunt qui nondum adhibiti erant; quorum C. Bursian, qui severissimum erga Bernardum Bunte se praebuit[5], cum codices quattuor contulisset, id est Reginensem Latinum 1 260, Montepessulanum H 334, Parisinum Latinum 8 663 Bruxellensemque 10 078, contendit duos priores meliorem textum servavisse, quibuscum coniungendum esse dixit et Dresdensem Dc 183, quem optimum codicem Hygini Bernardus Bunte habuerat, et Vossianum Latinum 8° 84 quo Van Staveren olim usus erat.

Cuius sententia posterius tantum valuit ut philologi qui alios codices recensere cogitaverunt nihil aliud quaererent nisi quam artis necessitudinibus ii coniuncti essent cum eis quos ille contulisset. Ita E. C. H. Heydenreich[6] Freibergensem XI 4° 9, saeculo quinto decimo transcriptum, a familia Dresdensis Dc 183, Reginensis Latini 1 260 Montepessulanique H 334 differre affirmavit, G. Kauffmann[7] autem, paucis

5 C. BURSIAN, in *Ienar Literaturzeitung,* t. 3, 1876, coll. 120–121. ID., *Zur Texteskritik der Astrologie des Hyginus,* in *Sitzungsberichte der königlichen bayerischen Akademie der Wissenschaften, Philosophisch-philologische Classe,* 1876, pp. 1–56.

6 E. C. H. HEYDENREICH, *Die Hyginhandschrift der Freiberger Gymnasialbibliothek. Eine kritische Untersuchung,* Freiberg, 1878.

7 *De Hygini memoria scholiis in Ciceronis Aratum Harleianis servata scripsit, scholia apparatu critico et notis instructa et catalogum stellarum adhuc ineditum adiecit* G. KAUFFMANN, in *Breslauer Philologische Abhandlungen,* t. 3, 1888, pp. 9–13.

annis post, cum scholia Hygini ad Ciceronis Aratea edidisset, codicum partitione mutata, una collegit in prima familia codices saeculi noni et decimi (id est Reginensem Latinum 1 260, Montepessulanum H 334 Dresdensemque Dc 183), quorum Reginensem Latinum 1 260 propiorem archetypo esse demonstravit, in secunda codices saeculi undecimi et duodecimi (id est Bruxellensem 10 078, Parisinum Latinum 8 663 Guelferbytanumque 18.16 Aug. 4°) in tertiaque codices saeculi quinti decimi qui ipsi deterrimum textum tradiderunt.

Hoc saeculo ineunte M. Manitius[8] de integro Dresdensem Dc 183 atque duobus annis postea Monacensem Clm 13 084[9] contulit, quibus collatis, adductus est ut Monacensem Clm 13 084 cum Reginensi Latino 1 260 et cum Montepessulano H 334 et maxime cum Dresdensi Dc 183 coniungeret. Paulo post duo alii codices Hygini inspecti sunt, unus – Ambrosianus M 12 sup. partim notis Tironianis scriptus – ab E. Chatelain et P. Legendre[10], nuper autem alter – Elnonensis 337 –, priori proximus, ab A. Boutemy[11].

Quibus philologis adiuvantibus, etsi Hyginianus textus collatus profecit, nulla tamen editio nova prodita est quae exemplari communi quam proxima esset. C. enim Bursian, cuius opera codices omnes postea in stemmate collocati sunt, saeculi noni ac decimi codices primus contulerat, adeo ut ad eos partiendos lectionibus variis usus esset quas a codicibus humanisticis differre animadvertisset, nescisset autem plerisque exemplaribus veteribus quoque servatas esse.

8 M. MANITIUS, *Aus der Dresdener Hyginhandschrift,* in *Hermes,* 37, 1902, pp. 501–510.

9 M. MANITIUS, *Aus der Münchener Hyginhandschrift,* in *Hermes,* 40, 1905, pp. 471–478.

10 E. CHATELAIN et P. LEGENDRE, *Hygini Astronomica. Texte du manuscrit tironien de Milan,* Paris, 1909.

11 A. BOUTEMY, *Fragments inutilisés d'un manuscrit d'Hygin,* in *Hommages à Marcel Renard,* Bruxelles, 1969, pp. 108–118.

Relinquitur ut agam quid novi nuperrime in edendo opere Hyginiano factum sit. Anno 1967 Soror L. Fitzgerald, cum novam editionem apparatu critico ampliore praeditam praestare cogitaret, in Vniversitate Sancti Ludovici (Miss.) dissertationem proposuit qua codices viginti octo ab nono usque ad duodecimum saeculum collatos inter tres familias partita est, primam ex Reginensi Latino 1260 et Parisino Latino 8 728 emanantem, secundam ex Parisino Latino 11 127 tertiamque ex Montepessulano H 334, Monacensi Clm 13 084, Dresdensi Dc 183, Harleiano 2 506 emendatoque textu Parisini Latini 8 728. Quicumque tamen operi Hyginiano maxime studet retineri non potest quin philologam Americanam reprehendat quod neque omnes codices ab nono ad duodecimum saeculum transcriptos adhibuit, neque lectiones varias maxima cum cura recensuit. Paulo post, anno 1983, libri *de astronomia* rursus editi atque in linguam Gallicam conversi sunt curante A. Le Bœuffle[12]. Qui cum codices undeviginti accuratissime contulisset atque septem alios passim inspexisset, certas familias constitui non posse arbitratus, codices omnes inter classes duas partitus est, quarum unam veteriorem ac meliorem textum tradidisse, alterius autem codices deteriores inter se artioribus necessitudinibus coniunctos esse demonstravit. In edendo textu praestantem locum Reginensi Latino 1 260 attribuit quem, ut olim C. Bursian, etsi manifestos errores exhibeat, optimum tamen habet, quocum truncum codicem Bernensem 45 coniungit. Quibus duobus codicibus exceptis, in priore classe partes tres efficit (Monacensem Clm 13 084, Dresdensem Dc 183 Montepessulanumque H 334; Harleianum 2 506 Vossianumque Latinum 4° 92; Parisinum Latinum 8 663, Elnonensem 337 Ambrosianumque M 12 sup.), Parisino Latino 8 728 seposito propterea quod, cum lectiones easdem servaverit quas Monacensis Clm 13 084 et Montepessulanus H 334, non magis cum

12 *Hygin. L'Astronomie,* ed. A. LE BŒUFFLE, Paris (C. U. F.), 1983.

priore classe quam cum altera coniungendus esse videatur. Quod ad codices recentiores pertinet, quos prioribus opponendos esse declarat, A. Le Bœuffle veterrimum codicem Parisinum Latinum 11127 ac Bruxellensem 10078, ei proximum, ab quattuor aliis codicibus separat, id est Guelferbytano 18.16 Aug. 4°, Vindobonensi 51, Paulensi XXV. c 16, qui saepe a ceteris differt, Aberystiviensique 735 C, qui pauciores affinitates cum ceteris habet. Vt editionem compleret, philologus Gallicus duos codices contaminatos breviter perspexit (Hemsterhusianum 425 et Palatinum Latinum 1363).

*

* *

Omnibus catalogis codicum qui in plerisque bibliothecis Europeanis Americanisque hodie exstant recensis, amplius octoginta codices operis Hyginiani enumeravi quorum dimidiam fere partem post saeculum duodecimum confectam esse et complures truncum textum tradidisse constitit, sive nonnullis vel plurimis capitulis consilio neglectis, sive foliis aliquot casu amissis[13].

Vt constituerem quo modo Hygini libri *de astronomia* per Medium Aevum totum traditi essent, codices triginta septem ante saeculum tertium decimum scriptos recensendi consilium cepi, quos omnes ipsa contuli, ideo quod brevi tempore mihi manifestum factum est codices posteriores nullam lectionem magni momenti servavisse quin in ullo codice veteriore esset.

Qui codices paucis verbis nunc mihi describendi sunt, quorum qui ad edendum textum adhibiti sunt siglo suo praediti sunt, quibus autem passim usa sum, si forte lectionem ad sententiam aptiorem praebuerunt, titulo Latino nominavi.

13 Qui indicem totum codicum percurrere volet, leget Gh. VIRÉ, *La transmission du* de astronomia *d'Hygin jusqu'au XIIIe siècle,* in *Revue d'Histoire des textes,* t. 11, 1981, pp. 163–177.

Bernensis 45

Membranaceus, saeculi IX medii, in monasterio Gallico, fortasse Floriacensi, transcriptus, folia 60 (362 × 358 mm) binis columnis praeter folium 59 lineis 39 exarata continet; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae sunt.

Post alia opera nihil ad astronomiam pertinentia, inter quae Lucani *Pharsalia*, folium 59r-v excerptum Hyginiani operis habet usque ad capitulum septimum libri primi (usque ad verba *de reliquis partibus* p. 7, 55).

Ambrosianus M 12 sup. (A)

Membranaceus, saeculi IX medii – circa 860 –, in monasterio Germanico, fortasse in parte Germaniae quae inter septentriones et occidentem solem spectat transcriptus, paginas 254 (170 × 140 mm) vario numero linearum (ab 33 ad 46) exaratas continet. Codex ex rescriptis foliis compositus est, quae primo sacramentarium Gallicanum magnis litteris uncialibus saeculo septimo scriptum continuerunt et postea perperam ligata sunt.

Hygini opus, partim notis Tironianis transcriptum, quaternio separatus exhibet (pp. 211–226, pagina 225 post paginam 212 legenda); itaque pars operis solum servata est, quae consistit ex praefatione, libro primo parteque libri secundi (ab initio usque ad verba *eam diligebat* p. 42, 521 atque a verbis *et Iovis Ammonis* p. 62, 855-6 ad finem) atque initio libri tertii (usque ad verba *ala una est* p. 99, 79). Reliqua folia opera astronomica atque computistica continent, inter quae Bedae.

Montepessulanus H 334 (M)

Membranaceus, saeculi IX medii aut exeuntis, in monasterio vallis Ligericae verisimiliter transcriptus, folia 80 (225 × 212 mm) lineis 27 exarata continet; nonnullae inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae sunt.

Hygini opus initium codicis (ff. 1r–38r) exhibet, plurimis emendationibus notisque a manibus coaevis additis; postea sunt astronomica opera, inter quae compilatio ex antiquis scriptoribus Eboraci saeculo octavo composita.

Sangallensis 250 (S)

Membranaceus, saeculi IX exeuntis, in monasterio Sangallensi transcriptus, paginas 644 (245 × 184/5 mm) lineis 23 exaratas continet; inscriptiones, delineamenta figuraeque colore rubro, complures autem litterae initiales colore rubro et viridi ductae sunt. Praeterea codex figuris (pp. 469–521) ornatus est quae commentarium in Aratum decorant.

Hygini opus paginae 540–639 continent reliquaeque excerpta astronomica et computistica pleraque ignotorum auctorum exhibent.

Dresdensis Dc 183 (codex admodum corruptus annis 1940–1945)

Membranaceus, saeculi IX exeuntis aut X ineuntis, in monasterio Galliae occidentalis transcriptus, folia 101 lineis 30 exarata continet; delineamentis astronomicis ornatus est et spatia vacua relicta sunt ad librum secundum Hyginianum figuris decorandum.

Opus *de astronomia* folia 33r–93v continent, quorum nulla alia nisi fol. 76v–77r atque 78v–86r hodie supersunt atque textus fere omnino evanidus vix legi potest. Reliqua folia alia opera ad astronomiam pertinentia exhibent, inter quae commentarium in Aratum, Aratea Ciceronis carminaque Anthologiae Latinae.

Elnonensis 337 (E)

Membranaceus, saeculi IX exeuntis, in monasterio Elnonensi transcriptus, folia 79 (±250 × 180 mm) lineis 48 (ff. 1–37) vel 55 (ff. 38–41) vel 29 (ff. 42–79) exarata continet. Inscriptiones primae et tertiae partis colore rubro ductae, multae glossae in imis foliis 22r et 37r–v additae sunt. Qui codex totus ad artes liberales attinens ex tribus partibus compositus est, quarum prima et tertia iam saeculo XII coniunctae sunt, media parte postea adligata; librarii autem nonnulli textus transcripserunt (manu mutata fol. 10r, fol. 26v, fol. 31v, fol. 38r, fol. 42v et fol. 55v).

Hygini opus in coniungendis partibus truncatum est, foliis aptis ad legendum solum servatis. Itaque aliquot excerpta operis Hyginiani nunc supersunt, id est finis libri primi (a verbis *ideo quod sol* p. 12, 145 usque ad finem), magna pars libri secundi (ab initio usque ad verba *sunt in Thracia* p. 43, 526 et a verbis *sit deformatus* p. 73, 1053-4 usque ad finem) tertiaque fere pars libri tertii (usque ad verba *finitur ab eo* p. 106, 215).

Reginensis Latinus 1260 (R)

Membranaceus, ex tribus a variis librariis scriptis partibus compositus quarum prima (ff. 1–124) saeculi IX exeuntis, secunda (ff. 125–164) saeculi X tertiaque (ff. 165–178) saeculi X exeuntis aut XI ineuntis est, in monasterio Galliae septen-

trionalis, fortasse Autissiodori transcriptus est. Qui codex folia 178 (235 × 191 mm) continet, plena pagina praeter folia 165–178, lineis 27 exarata; litterae initiales colore rubro ductae et multae glossae maxime foliis 1–4 (a manu coaeva) et foliis 17–44 (a Petro Danieli Aurelianensi) additae sunt.

Hygini opus folia 44v–83v exhibent, reliquaque folia non solum opera astronomica atque computistica (inter quae Bedae et Isidori Hispalensis) continent, sed etiam opus cosmographicum atque glossarium vocabulorum ad medicinam herbariamque pertinentium.

Monacensis Clm 13 084 (N)

Membranaceus, ex tribus partibus compositus quarum prima (ff. 1–47) saeculi IX ineuntis, reliquaeque (ff. 48–69 et 70–91) saeculi IX exeuntis aut X ineuntis sunt, verisimiliter Frisingae transcriptus est, etsi folia 48–91 minoribus litteris quam pro scriptorii huius consuetudine scripta sunt. Qui codex folia 91 (255/56 × 180 mm) continet, vario numero linearum (ab 28 ad 38) exarata; inscriptiones atque litterae initiales colore rubro ductae sunt, nonnumquam etiam colore rubro et fusco (ff. 1–47).

Hygini opus in tertia parte transcriptum est (ff. 70r–91v), in prima autem et secunda opera ad rhetoricam et ad geometriam pertinentia.

Parisinus Latinus 8 728 (P)

Membranaceus, saeculi X exeuntis, in monasterio Galliae septentrionalis transcriptus, folia 46 (205 × 145 mm) continet, vario numero linearum (ab 24 ad 28) exarata; inscriptio-

nes atque litterae initiales colore rubro ductae sunt, figura evanida dimidii viri vix inchoati folium 46v ornatum est.

Qui codex totus nunc opus Hygini solum continet quia reliqua folia, in quibus excerptum astronomicum, vita Sancti Hieronymi excerptumque alterum Rabani Mauri transcriptum erat, circa annum 1840 abscissa sunt, cum codex e Bibliotheca Nationali Parisiensi subreptus est.

Harleianus 2 506 (L)

Membranaceus, saeculi X exeuntis, in monasterio Floriacensi transcriptus atque aut in Gallia aut verisimilius in Anglia, ab artifice Venta oriundo figuris ornatus est. Qui codex a variis manibus scriptus folia 93 (296 × 217 mm) continet, binis columnis praeter folia 36–48 lineis 33 exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae, aliquot colore viridi aut fusco, tabulae autem colore rubro et caeruleo exaratae sunt. Praeterea folia 36r–44v figuris ornata sunt ad Ciceronis Aratea decoranda.

Opus Hygini folia 1rb–30rb continent, multis emendationibus et adnotationibus additis, reliqua autem folia opera astronomica Abbonis Floriacensis, Ciceronis aliorumque atque compilationem Eboraci saeculo octavo compositam exhibent.

Vossianus Latinus 8° 84

Membranaceus, saeculi X exeuntis, verisimiliter in monasterio Gallico transcriptus, folia 33 (160 × 103 mm) continet, vario numero linearum (26 folio 10r, alibi 32 aut 33) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae sunt.

Qui codex nullum aliud opus continet nisi Hyginianum, quod truncum est, initio quaternionis tertii amisso (id est a verbo *diebus* p. 67, 949 usque ad finem libri secundi).

Cantabrigensis R 15.32

Membranaceus, saeculi X exeuntis aut XI ineuntis, Ventae transcriptus a variis manibus (prima enim paginis 1–12 et 50–218, secunda paginis 13–36 tertiaque paginis 37–49), paginas 218 (204 × 154 mm) continet, plena pagina praeter paginas 213–216, vario numero linearum (ab 25 ad 29) exaratas; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae, tabulae autem colore rubro, viridi caeruleoque exaratae sunt.

Praeterea quattuor figurae Hygini textum decorant (p. 102 *Equus*, p. 104 *Taurus*, p. 109 *Pisces*, p. 99 *Heniochus* vix inchoatus), sed alia spatia vacua ad figuras relicta sunt. Opus Hygini paginae 39–135 (id est ff. 21r–70r) continent, reliquaeque opera astronomica exhibent inter quae Abbonis Floriacensis, Martiani Capellae Ciceronisque.

Parisinus Latinus 11 127 (W)

Membranaceus, saeculi X exeuntis, in monasterio Sancti Willibrordi Epternacensis, a duabus manibus transcriptus (priore foliis 1–119, 127–135 et 137–215, altera foliis 120–126, 136r–v et glossis), folia 215 (240 × 170 mm) continet lineis 32 exarata; pleraeque inscriptiones, litterae initiales delineamentaque colore rubro, aliquot autem initiales (ff. 184v et 185r) colore viridi ductae sunt.

Hygini opus folia 170v–201r continent, reliquaque folia varia opera exhibent inter quae Boethii, Apulei, Ciceronis Sallustiique.

Dorvillianus 95

Membranaceus, saeculi X exeuntis aut XI ineuntis, in monasterio Germaniae meridianae a tribus manibus (foliis 1–16; foliis 17–22v linea 27; folio 22v lineis 28–38) transcriptus, folia 38 (238/42 × 171/73 mm foliis 1–24; 236 × 171 mm foliis 25–38) continet lineis 30 praeter folium 1r (lineis 28) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae, littera folii 1r colore rubro et viridi depicta est.

Qui codex totus nullum aliud opus continet nisi Hyginianum, multis emendationibus, adnotationibus glossisque in margine additis. Notandum est usque ad medium saeculi octavi decimi codicem Hyginianum posteriorem partem eius codicis fuisse qui nunc *Dorvillianus 77* signatus est. Praeterea postrema folia *Dorvilliani 95* (ff. 25–38) rescripta sunt, in quibus prius excerpta astronomica figuris ornata transcripta erant.

Vossianus Latinus 8° 15

Hic codex dispares fasciculos quattuordecim amplectens liber manualis Ademari Cabanensis est in quo monachus Engolismensis circa 1023–1025 usus sui causa multa a se ipso, nonnulla ab aliis librariis transcripta collegit. Fasciculus tertius decimus in quo Hygini opus servatum est membranaceus, saeculi XI, folia 155–194 (215 × 145 mm) continet lineis 30 exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae, quadraginta autem figurae siderum cum maxima celeritate exaratae sunt ad librum tertium Hygini decorandum.

Post textum Hyginianum excerpta astronomica et nomina ecclesiarum et locorum ad sanctum Martialem Lemovicensem pertinentium a Bernardo Iterio atque nomina episcoporum Turonensium ab Ademaro ipso scripta sunt.

Reginensis Latinus 123

Qui codex membranaceus, anno 1056 (exceptis foliis 118v–125v quae paulo post et foliis 128r–v et 151r–v quae saeculi XII esse videntur), in monasterio Sanctae Mariae Rivipullensis, monacho Oliva iubente vel etiam adiuvante, transcriptus atque figuris ornatus est manu ipsa monachi Arnaldi. Folia 223 (362 × 280 mm) continet, plena pagina praeter folia 18v–19r, 72r–73r, 74r, 140v et 219r, vario numero linearum (ab 31 ad 35) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro, aliquot autem litterae atque figurae colore rubro, caeruleo viridique ductae sunt atque quinquaginta figurae siderum, planetarum, Pleiadum Cometisque depictae sunt quarum quadraginta una excerpta libri secundi et tertii Hygini decorant.

Codex totus ex quattuor libris de sole, de luna, de natura rerum de astronomiaque inscriptis compilationis computisticae et cosmographicae compositus est, quam ampliorem quondam fuisse verisimile est quam est hodie. Cuius compilationis liber quartus ex excerptis Bedae, Chalcidii, Fulgentii, Isidori Hispalensis, Macrobii, Plinii Maioris Hyginique factus est. Itaque opus Hygini haud totum transcriptum est, sed excerpta multa ex libro primo (id est capitulum tertium, quintum, sextum, septimum initiumque octavi usque ad verba *eos pervenire* p. 10, 117), totus liber secundus ac tertius (toto capitulo tricesimo libri tertii et aliquot verbis capitulo quadragesimo secundo libri secundi exceptis), finisque libri quarti (a capitulo duodecimo usque ad undevicesimum).

Dorvillianus 145

Membranaceus, saeculi XI, in monasterio Sancti Petri Gandavensis transcriptus, folia 66 (136/66 × 144/48 mm)

continet lineis 22 exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro, aliquot autem viridi ductae sunt.

Hygini opus folia 12–56 r continent reliquaque folia sententias Publilii Syri.

Parisinus Latinus 8663 (F)

Membranaceus, saeculi XI, in monasterio vallis Ligericae, fortasse in scriptorio ipso Floriacensi a variis manibus transcriptus, folia 58 (270/73 × 180/83 mm) continet vario numero linearum (ab 32 ad 44) exarata; initium textus, littera ornata folii 12 delineamentumque folii 38 v colore rubro ductum est atque quadraginta figurae siderum planetarumque depictae sunt ad excerpta astronomica (ff. 20 r–23 v) decoranda, figura alia capitulo duodequadragesimo libri secundi Hygini addita (f. 11 v).

Opus Hygini initium codicis (ff. 1 r–19 v) continet, reliquumque opera ad astronomiam, mathematicam musicamque pertinentia exhibet.

Paulensis 16/1 (olim XXV. 4. 20)

Membranaceus, saeculi XI, in monasterio incerto transcriptus, folia 21 (257 × 220 mm) continet, vario numero linearum (ab 24 ad 30) exarata; viginti una figurae siderum (ff. 3 r–14 v) supersunt ex quadraginta quae totius libri secundi Hyginiani decorandi causa olim depictae erant.

Hodie enim codex truncus est neque ulla alia excerpta nisi operis Hyginiani exhibet, id est praefationem (usque ad verbum *propositis* p. 2, 34), magnam partem libri primi (a verbis *paralleli* p. 6, 18 usque ad *aequas rationes* p. 9, 91 atque a

verbis *sphaerae habitari* p. 13, 171 usque ad finem), primam partem libri secundi (usque ad verbum *Troia* p. 65, 917), librum tertium paene integrum (verisimiliter a capitulo tertio aut quarto) initiumque libri quarti (verisimiliter usque ad capitulum quartum, foliis 21r et 21v lectu difficillimis).

Reginensis Latinus 1207

Membranaceus, saeculi XI, in monasterio incerto transcriptus, folia 104 (166 × 121 mm) continet lineis 16 exarata; litterae initiales colore rubro ductae sunt. Tredecim quaterniones exhibet ex quattuordecim qui nunc in initio alterius codicis (id est *Reginensis Latini 1405*) desunt; nam codices ambo ad artes liberales pertinentes usque ad annos 1650–1680 uno volumine coniuncti sunt. Quarto autem decimo quaternione Reginensis Latini 1207 amisso, opus Hygini desinit in fine libri quarti verbis *reliquis partibus lumen* (p. 151, 543).

Bruxellensis 10078 (B)

Membranaceus, saeculi XI medii aut exeuntis, verisimiliter in monasterio Gemblacensi transcriptus, folia 116 (283 × 210 mm) continet, plena pagina praeter folia 38v–42v, 45v–46r et 92r, vario numero linearum (ab 33 ad 42) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro, aliquot autem initiales et tabulae colore rubro et viridi ductae sunt.

Opus Hygini in initio codicis (ff. 1r–24v) transcriptum est et in fine libri quarti verbis *nunc autem demonstra-* p. 157, 638 desinit; reliqua autem folia opera ad musicam pertinentia exhibet inter quae Otgeri et Hucbaldi.

Vindobonensis 2269

Membranaceus, saeculorum XI et XII, in monasterio incerto a compluribus manibus transcriptus, folia 224 (315 × 515 mm) continet, columnis binis (ff. 108–115r et 118–172) aut ternis (ff. 1–107, 116–117 et 173–193), folio 115v excepto, lineis 63 exarata; inscriptiones et tabulae colore rubro, tabula autem folii 169r partim colore caeruleo ducta est.

Opus Hygini folia 208r–217v tenet atque in fine libri quarti verbis *propter magnitudinem* p. 151, 535 desinit, reliqua autem folia alia opera atque excerpta continent quorum multa ad astronomiam spectant (verbi gratia Isidori Hispalensis, Boethii, Abbonis Floriacensis, Chalcidii Macrobii auctorumque incertorum).

Parisinus olim Phillipps 26235 (Z)

Membranaceus, saeculi XII ineuntis, verisimiliter in monasterio Galliae septentrionalis a variis manibus transcriptus, folia 25 (292 × 220 mm) continet, columnis binis lineis 39 exarata; inscriptiones, figura coronae (f. 15v) litteraeque initiales colore rubro ductae, undequadraginta figurae siderum depictae sunt ad librum tertium Hygini decorandum (ff. 15r–20v).

Qui codex totus nihil aliud nisi opus Hyginianum continet. In officina autem auctionaria Londinii anno 1974 venditus, a quodam librorum amatore Parisiensi nunc servatur, unde venit titulus quo eum signavi.

Carnutensis 498 (codex maxime corruptus in incendio bibliothecae anno 1944)

Membranaceus, circa 1130–1140 a Theodorico Carnutensi transcriptus, folia 246 (±530 × 370 mm) continet, columnis binis lineis 47 exarata; figurae (ff. 125–141) colore rubro ductae sunt atque spatia ad litteras initiales capitulorum et ad figuras siderum (in libro secundo Hygini) vacua relicta sunt.

Operis autem Hyginiani initium in foliis 170v–171v transcriptum est, sed verbis *qui cum sevisset* p. 21, 153 abrupte desinit, verisimiliter quod Theodoricus id nihil ad Heptateuchon suum pertinere putaverit. Nam codices Carnutenses 497 et 498 continent librum a Theodorico de artibus liberalibus compositum: prior (497) et initium alterius (498) de trivio, reliquum autem alterius (498) de quadrivio disputat.

Guelferbytanus 18.16 Aug. 4°

Membranaceus, saeculi XII, fortasse in monasterio Germaniae meridianae transcriptus, folia 35 (220 × 155 mm) continet lineis 31 exarata; litterae depictae et initiales librorum capitulorumque, item pauca delineamenta figurarum colore rubro ducta sunt. Quadraginta figurae siderum (ff. 4v–20v) depictae sunt ad librum secundum Hygini decorandum. Qui codex totus solum opus Hyginianum (ff. 1v–35r) exhibet.

Hannovriensis IV 394

Membranaceus, saeculi XII, fortasse in scriptorio Germanico transcriptus, folia 83 (255 × 160 mm) continet, vario numero linearum (ab 31 ad 39) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae sunt.

Operis Hyginiani maximam partem continent folia 69r–80r, id est praefationem, librum primum, praefationem libri secundi, libri tertii quartique, reliqua autem folia excerpta astronomica exhibent, inter quae est compilatio quaedam a Gerlando composita.

Laurentianus XXIX.30

Membranaceus, saeculi XII, in monasterio incerto transcriptus, folia 42 (211 × 170 mm) continet, vario numero linearum (ab 31 ad 34) exarata; inscriptiones, litterae initiales paucaque delineamenta figurarum colore rubro ducta atque quadraginta figurae siderum (ff. 5r–25r) depictae sunt.

Aliquot excerpta astronomica opus Hygini sequuntur quod desinit in libro quarto verbis *ibi montium magnitudine* p. 136, 240.

Leidensis B. P. L. 225

Membranaceus, saeculi XII, in monasterio incerto transcriptus, folia 67 (185 × 115 mm) continet, vario numero linearum (ab 32 ad 37) exarata; litterae initiales colore rubro aut viridi ductae sunt. Spatia ad opus Hyginianum figuris ornandum vacua relicta sunt.

Qui codex ex duabus partibus compositus est, primo quaternione verisimiliter in foliis colligandis amisso. Itaque opus Hygini, quod folia 1r–18v continent, initio truncum est; incipit enim in medio libro secundo verbis *qui cum maxime* p. 45, 571. Reliqua autem folia excerpta astronomica atque opus Iuliani Toletani exhibent.

Regius 12 c. IV

Membranaceus, saeculi XII, in monasterio Roffensi transcriptus, folia 170 (222 × 152 mm) continet, columnis binis vario numero linearum (ab 20 ad 40) ff. 1–27, plena autem pagina alibi vario quoque numero linearum (ab 27 ad 32) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro aut viridi ductae sunt, multis spatiis vacuis relictis.

Opus Hygini initium codicis (ff. 1r–37r) continet, reliquum autem opera astronomica (inter quae Macrobii) atque historica (inter quae Pauli Diaconi). Librarius librum secundum Hyginianum libri primi et tertii commentarium esse ratus, in interiore columna foliorum 1–27 praefationem, librum primum et maiorem partem libri tertii lineis 20 exaravit, in exteriore autem litteris minoribus usus lineis 40 librum secundum transcripsit atque a folio 28r finem libri tertii atque librum quartum totum plena pagina addidit.

Vindobonensis 51

Membranaceus, saeculi XII, verisimiliter in monasterio Germaniae meridianae transcriptus, folia 172 (343 × 262 mm) continet, columnis binis praeter folia 56v–62r, lineis 51 exarata; pleraeque litterae initiales colore rubro, aliquot autem viridi ductae atque multae figurae depictae sunt, inter quas quadraginta figurae siderum (ff. 147v–155r) ad librum secundum Hygini decorandum.

Opus Hygini folia 146r–162r continent, reliquaque opera pertinentia ad musicam (inter quae Hucbaldi Elnonensis, Guidonis Aretini, Oddonis, Bernonis Augiensis, Gerlandi Vesontini et Ioannis Cottonis), ad rhetoricam (inter quae Ciceronis), ad geometriam (inter quae Vitruvii Rufi et Cassiodori) ad astronomiamque (Martiani Capellae).

Wroclawensis IV 8° 11

Membranaceus, saeculi XII, verisimiliter in monasterio Gallico transcriptus, folia 106 (125 × 180 mm) continet lineis 27 exarata.

Qui codex non solum opus Hygini (ff. 66v–87r), quadraginta tribus capitulis libri secundi exceptis, sed etiam alia excerpta astronomica exhibet, inter quae est ea compilatio a Gerlando composita de qua supra dixi (p. XXIII).

Cantabrigensis Mc Clean 165

Membranaceus, saeculi XII medii aut exeuntis, a nonnullis manibus (manu mutata ff. 89, 117 et 135) in monasterio incerto, fortasse etiam in scriptorio Sancti Trudonis transcriptus est, ubi a saeculo XIII servatus est. Folia 139 (235 × 160 mm) continet, vario numero linearum (ab 32 ad 44) exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro, litterae autem depictae coloribus variis ductae sunt.

Cuius codicis prima pars (ff. 1–88) opus Hygini continet (ff. 17r–37r), reliqua autem folia astronomica opera exhibent inter quae Martiani Capellae.

Hunterianus T.4.2 (Y)

Membranaceus, saeculi XII exeuntis, in monasterio Dunelmensi transcriptus, folia 176 aut 177 (285 × 200 mm) continet, lineis 87 exarata, quorum 149 hodie supersunt; litterae initiales colore rubro, viridi caeruleoque ductae sunt.

Opus Hygini quod folia 137r–149v continent in medio libro secundo verbis *ad eos oppugnandos* p. 69, 977 desinit; ini-

tium autem codicis opera computistica atque astronomica exhibet inter quae Bedae et Abbonis Floriacensis.

Gronovianus 21

Membranaceus, saeculi XII medii aut exeuntis, in monasterio incerto transcriptus, folia 77 (227 × 140 mm) continet, columnis binis praeter folium 54v, lineis 45 exarata; inscriptiones et litterae initiales colore rubro ductae atque sex figurae in margine inferiore folii 55r additae sunt (id est Arctophylacis et Coronae figura bis delineata, Engonasin et Lyrae figura).

Opus Hygini quod folia 55ra–59vb continent truncum est; nam solum liber tertius, initium libri quarti (usque ad verba *perveniant ad occasum* p. 135, 208) breveque excerptum libri secundi (a verbis *hanc autem Hesiodus* p. 15, 24 usque ad verba *ut Eratosthenes demonstrat* p. 20, 126–7) transcriptum est. Reliqua autem folia varia opera exhibent inter quae Gellii et Ciceronis.

Vossianus Latinus 4° 92

Membranaceus, saeculi XII exeuntis, fortasse in monasterio Galliae meridianae a tribus manibus transcriptus, folia 115 et 2 minora (235 × 160 mm) continet, vario numero linearum (ab 17 ad 38) exarata; inscriptiones et multae adnotationes marginales colore rubro ductae sunt, multis spatiis ad litteras initiales vacuis relictis. Praeterea quadraginta una figurae siderum (ff. 95v–105r) depictae sunt ad librum tertium Hyginianum decorandum.

Opus Hygini folia 76r–112v continent, multis emendationibus a manu coaeva additis, reliqua autem folia opera ad geometriam et astronomiam pertinentia exhibent.

Arundelianus 339

Membranaceus, saeculi XIII, in monasterio Germaniae meridianae transcriptus, folia 153 (198 × 140 mm) continet, plena pagina praeter folia 31v, 69v–71r et 152v, vario numero linearum (ab 42 ad 47) exarata; multae glossae in margine additae sunt atque multae figurae et tabulae coloribus variis depictae sunt, inter quas quadraginta una figurae siderum (ff. 73r–85r) ad librum secundum et tertium Hyginianum decorandum.

Opus Hygini folia 71v–89v continent, in quo capitula libri secundi et tertii de singulis sideribus coniuncta sunt. Reliqua autem folia opera ad quadrivium pertinentia exhibent inter quae Boethii, Gerberti, Chalcidii et Macrobii.

Palatinus Latinus 1 363

Membranaceus, saeculorum XII et XIII (postrema autem folia paulo post), in monasterio Germanico a compluribus manibus transcriptus, folia 260 (216 × 158 mm) continet. Qui codex ex multis partibus compositus est, operibus variis uno volumine colligatis. Folia 4r–36v quae opus Hygini continent, columnis binis lineis 31 exarata sunt; inscriptiones et litterae initiales colore rubro, paucae autem litterae colore rubro et viridi ductae sunt. Praeterea in folio 35v duae figurae astronomicae in marginibus depictae sunt.

*
*   *

Quo quis plures codices librorum *de astronomia* recenset, eo clarius illi videtur textum Hyginianum ab Antiquitate usque ad extremum Medium Aevum haud multum mutatum esse, propterea quod, praedictis codicibus triginta septem ac-

curatissime collatis, neque tanti momenti lectiones variae neque tot verba omissa reperta sunt quibus familiae aliae ab aliis distantes constitui possent. Inde sequitur textum qui ad nostram aetatem recta via pervenit, ex exemplari communi emanare, quod in libri quarti fine iam truncum esset et in eo cum verba quaedam tum nomina Graeca iam corrupta essent, verbi gratia:

p.22,174	Ceorum
p.38,441	Phorcisi
p.41,491	Iliadis
p.57,770	Sthenoboean
p.67,945	Aphidnis
p.88,1270	Ischyn
p.88,1276	Elaeusa.

Quae cum ita sint, ratione lectionum communium habita, septem tamen classes definiri licet in quas triginta tres ex triginta septem codicibus dividantur:

classis α: Bernensis 45, Montepessulanus H 334, Sangallensis 250, Reginensis Latinus 1 260, Monacensis Clm 13 084, Parisinus Latinus 8 728, Vossianus Latinus 8° 15, Reginensis Latinus 123, Reginensis Latinus 1 207, Vindobonensis 2 269;
classis β: Harleianus 2 506, Cantabrigensis R 15.32, Carnutensis 498, Hannovriensis IV 394, Regius 12 c. IV, Wroclawensis IV 8° 11, Vossianus Latinus 4° 92;
classis γ: Ambrosianus M 12 sup., Elnonensis 337, Vossianus Latinus 8° 84, Parisinus Latinus 8 663;
classis δ: Parisinus Latinus 11 127, Bruxellensis 10 078;
classis ε: Paulensis 16/1, Guelferbytanus 18.16 Aug. 4°, Laurentianus XXIX.30, Vindobonensis 51, Gronovianus 21, Arundelianus 339;
classis ζ: Cantabrigensis Mc Clean 165, Palatinus Latinus 1 363;
classis η: Parisinus olim Phillipps 26 235, Hunterianus T 4.2.

Quae classes si quis explicare conatur quibus necessitudinibus inter se coniunctae sint, sex earum in duo ampliora ge-

nera colligendas esse comperit, unum α β γ, alterum δ ε ζ amplectens, septimam autem (η) paucioribus locis tantum differre a ceteris (maxime p. 50, 669–73) ut paene separanda sit.

Classes α β γ, quibus veteriores codices continentur, affines esse complures lectiones communes ostendunt:

p. 5, 11	est *om.*
p. 48, 625	ius / eius
p. 55, 747	qui *om.*
p. 66, 924	contionatum / continuo natum
p. 66, 928	appellatam
p. 135, 205	modi *om.*

quibus adduntur in β γ aliquot similitudines quas paene omnes codices classis α servaverunt, Reginensi Latino 1207 et Vindobonensi 2269 exceptis:

p. 27, 259	pro *om.*
p. 93, 1342	hedum (Parisino Latino 8663 quoque excepto)
p. 102, 146	unam *om.*
p. 124, 497	alas / alias
p. 145, 421	inaequales et *om.*
p. 147, 458	ante *om.*
p. 147, 462	quo *om.* ... ante *om.*
p. 147, 472	sin autem
p. 149, 498	solo / solam / sole / a sole *add. post* lunam

vel eisdem iterum et Vossiano Latino 8° 15 Reginensique Latino 123 exceptis:

p. 30, 310	nixum / nexo
p. 109, 253	capite.

Item classes δ ε, quae ex recentioribus codicibus consistunt, lectionibus propriis insignitae sunt:

p. 40, 483	apparens
p. 50, 670–1	aquilam de qua ante diximus interfectam
p. 55, 734	saltandi *add. post* cupiditate
p. 127, 40	*post* videtur *add.* ex una parte id/hoc est/I ab aequinoctiali ex altera (parte) Hercules pari ratione.

De classe α

Re vera codices classis α paucas lectiones communes inter se habent:

p. 103, 162	ullum
p. 151, 537	existimari (Parisino Latino 8 728 excepto)
p. 151, 541	aut (Parisino Latino 8 728 excepto)
p. 152, 558	a luna terrae/ad luna terrae/a luna terrae est (Parisino Latino 8 728 excepto)
p. 154, 582	enim *om.*

propterea quod recentiores, Reginensis Latinus 1 207 et Vindobonensis 2 269, alter ambove, ut nonnumquam ab α β γ differunt, ita compluribus locis non eandem lectionem servaverunt ac ceteri codices classis suae; ita modo ab ambobus distat α:

p. 72, 1041	se *om.*
p. 102, 138	arctoum/arctum/artocum/arctum vel
p. 110, 273	vacuum et cervicem/et cervicem vacuam/vacuum et cervice *add. post* genu unam
p. 110, 276	Auriga
p. 129, 82	octavo
p. 137, 251	intellegatur *om.*
p. 137, 251	ponamus *om.*
p. 142, 364	occidentem
p. 149, 503	qui(n)

modo ab Vindobonensi 2 269:

p. 138, 264	*aliquot verba addita post* Virgo
p. 149, 499	hicque (Parisino Latino 8728 excepto)

modo ab Reginensi Latino 1 207:

p. 122, 470	habet *om.*
p. 126, 36	corpus *om.*
p. 141, 324	fuerint *om.*
p. 145, 418	longus *om.*

Qui codex (Reg. Lat. 1207) praeterea tanti momenti lectiones communes cum duobus codicibus α paulo ante scriptis – Vossiano Latino 8° 15 et Reginensi Latino 123 – habet:

p. 4, 77	maxima re
p. 94, 1351	in fonti/fonte puro
p. 104, 177	ficti om.
p. 109, 252–4	occidens ... collocatum *om.*
p. 111, 296	primo om.

ut in nulla alia classe nisi α constituendus sit.

De Sangallensi 250 (S), Monacensi Clm 13 084 (N) et Montepessulano H 334 (M)

SNM cum omnia verba servavissent ubi plerique codices classis α aliquot omiserunt:

p. 3, 47	et cum ... moveatur *om.* Bernensis 45, Vossianus Latinus 8° 15, Parisinus Latinus 8 728, Reginensis Latinus 1 260, Reginensis Latinus 123 et Reginensis Latinus 1 207
p. 11, 121–3	hanc mediam ... sphaerae
p. 60, 820–1	cum aliis ... Athamantis
p. 64, 902–3	filiae ... sint
	trina om. Vossianus Latinus 8° 15, Parisinus Latinus 8 728, Reginensis Latinus 1 260 et Reginensis Latinus 123,

operis Hyginiani perfectissimum textum tradidisse videntur qui passim lectionem corruptam, sed proximam testimoniis praebet, ita ut eam ex exemplari communi emanare verisimile sit, verbi gratia:

p. 60, 814	*tortum/to.tum* (quod verbum corruptum est pro *tostum,* cum ceteri codices classis α, Reginensi Latino 123 excepto, *ortum* habeant).

Lectionibus autem communibus paucissimis SNM:

p. 12, 157	vestituum/vestitium
p. 32, 358	item
p. 37, 428	fabulae
p. 43, 524	Scorpion

p. 112, 322	ex
p. 148, 487	incate / incata

addendae sunt quae in his tribus codicibus apparent et simul in Vossiano Latino 8° 15 Reginensique Latino 123:

p. 9, 78	Aquilo
p. 48, 632–3	celerum / celerium eveniunt
p. 99, 77	finit
p. 107, 223	finem *add. post* capite
p. 121, 462	et *om.*
p. 131, 134	duobus

vel in Vossiano Latino 8° 15, Reginensi Latino 123 Reginensique Latino 1207:

p. 107, 234	eius *om.*
p. 119, 426	XVIII
p. 151, 541	nam.

Cum M paucioribus lectionibus non solum cum N coniunctus sit:

p. 49, 644	extera
p. 99, 88	paululo
p. 105, 202	duo
p. 145, 419	qua

sed etiam cum S:

p. 44, 543	prae
p. 57, 786	parens
p. 126, 28	mutamur,

e contrario N complura eadem verba ac S exhibet:

p. 24, 208	appellant
p. 24, 217	conficit
p. 47, 613	quae cum
p. 96, 21	quid
p. 103, 162	Eratus
p. 109, 265	nostri *om.*
p. 109, 268	nascantur
p. 111, 304	collocatus
p. 112, 316	humeri
p. 121, 459	orbe
p. 126, 23	at
p. 131, 122	mensum
p. 141, 329	sphaerae

p. 147,463	ut
p. 148,486	loqui
p. 148,489	videmur
p. 149,496	si
p. 154,589	aut
p. 155,604	colorem,

etsi pluribus locis verba omisit quae S servavit.

Vnde conieci N ex S emanare, exemplar autem medium inter S et M interpositum esse; qua ratione efficitur ut S propter minimum numerum lectionum propriarum optimus codex Hygini habendus sit, cuius lectiones potissimum ad edendum textum eligendae sint.

De Vossiano Latino 8° 15 et Reginensi Latino 123

Ambo codices quamquam nonnullis erroribus inter se coniuncti sunt:

p. 15, 27 et 18, 94	immediocriter *pro* mediocriter
p. 73, 1055	murum *pro* Musarum
p. 73, 1063	uno *om.*
p. 87, 1259	misso *pro* admisso
p. 103, 156	venatus *om.*
p. 107, 224	stellas *om.*
p. 116, 383	extrum *pro* exortum
p. 143, 380	capite *om.*,

dubitandum tamen est cur, cum saeculo undecimo transcripti sint, tam emendatum textum tradiderint, ut compluribus locis lectionem proximam exemplari communi etiamtunc continerent (verbi gratia p. 91, 1317, p. 104, 173 et p. 110, 286–111, 288). Quod haud mirum est quoniam librarii celeberrimae famae, Ademarus Cabanensis atque Oliva Rivipullensis, quorum sub auctoritate uterque codex confectus est, curaverunt ut sibi praesto esset quam optimum exemplar Hygini quod, etsi non tam perfectum, affine tamen SNM vel SN esse credendum est, ut ostendunt aliquot lectiones communes:

p.30,319	lyra
p.52,695	tam/tum
p.67,945	arridum
p.108,238	capite
p.150,529	et
p.152,551	sole ... luna.

De Reginensi Latino 1260 (R) et Parisino Latino 8728 (P)

Ambo codices, praeterquam quod plurimas similitudines habent:

p.3,47	moveatur
p.57,779	Euripes
p.58,801	quod
p.63,878	videtur
p.82,1178	quem
p.95,1	incipientes
p.97,54	humerus
p.100,97	Scorpionis exortu
p.101,110	appellatam
p.107,224	autem *om.*
p.113,333	habet *om.*
p.115,366–7	magnas ... mammis singulas *om.*
p.118,418	esse
p.120,443	sed *om.*
p.126,26	imperitos
p.128,66	quod ... invenit
p.134,188	prioris
p.140,311	id
p.140,314	antarcticum
p.152,556	fecerit ad lunam *om.*
p.152,556–7	quam Graeci ... potuerunt/dicere *om.*
p.157,635	solis *om.*,

digni quoque sunt qui diligenter ab editore Hygini inspiciantur. R enim, qui optimus codex librorum *de astronomia* diu existimatus est, lectiones communes et cum Vossiano Latino 8° 15:

p. 32, 352	et ob *add. ante* id
p. 41, 485	ita *om.*
p. 53, 704	ad sacrificandum
p. 146, 437	XII
p. 146, 445	XX

et cum Reginensi Latino 123:

p. 86, 1239	centaurum

et cum utroque codice servavit:

p. 21, 144	accusasset,

ita ut cum eo ipso exemplari coniunctus esse videatur ex quo Vossianum Latinum 8° 15 et Reginensem Latinum 123 emanari supra dixi.

P autem hoc insignis est quod non solum compluribus locis eandem lectionem ac codices classis δ et nonnumquam etiam classis η tradidit:

p. 7, 46	arcturi
p. 11, 128	Africa tertia Asia
p. 20, 120	invenisse
p. 46, 595	et *om.*
p. 111, 287	in sinistro cubito unam *om.*
p. 152, 554	si circulos quis intra zodiaci ambitum fecerit
p. 152, 554	eosque sic
p. 154, 582	sole

sed etiam aliis locis lectionem rectam neque falsam classis α vel plurimorum codicum classium α β γ servavit:

p. 7, 51	aquilonis
p. 35, 403	eum
p. 38, 441	de quo
p. 38, 443	quaeque
p. 44, 550	ripam
p. 48, 632	celerrime
p. 52, 695	tandem
p. 82, 1183	aegre ferret
p. 89, 1282	immolaretur
p. 89, 1296	earum
p. 91, 1324	Phetontam
p. 97, 52	prioribus
p. 100, 107	ipsa circumductione
p. 128, 63	quattuor
p. 131, 126	diem

p. 147, 472	intellegetur
p. 149, 499	idque
p. 150, 524	alicui
p. 151, 537	existimatur
p. 151, 539	umquam.

Itaque, etsi multis omissionibus corruptus est, P tamen textum exhibere videtur qui duobus generibus codicum coniunctus paucioribus locis meliorem lectionem quam classes α β γ praestet.

De Reginensi Latino 1 207 et Vindobonensi 2 269

Reginensem Latinum 1 207 contaminatum esse constat ex lectionibus communibus quas cum omnibus vel plerisque codicibus classis α habet, nec non ex verbis iisdem quae aliis locis servavit ac codices tres ipsi contaminati, scilicet cum Dorvillianus 145, tum Cantabrigensis Mc Clean 165 Palatinusque Latinus 1 363 (classis ζ).

Vindobonensis autem 2 269 artiores affinitates ostendit cum Parisino Latino 8 728:

p. 2, 37	quaque
p. 12, 157	finem uti bracis *om.*
p. 21, 152	sereretur *om.*
p. 27, 260–1	velletque
p. 29, 304	prolata
p. 45, 574	ut illis
p. 55, 730	redeamus
p. 56, 753	in ea *om.*
p. 60, 820	procreatum *om.* ... dicunt *om.*
p. 67, 952	constituisset
p. 81, 1170	sub terra *om.*
p. 89, 1296	peremit
p. 149, 504	XII signa diebus XXX

quem in classe α locum singularem obtinere supra demonstravi.

De Bernensi 45

Bernensis 45, quamvis minimum excerptum operis Hyginiani contineat, sine ullo dubio cum classe α coniungendus est, quod maximi momenti lectiones communes cum Reginensi Latino 1260, Parisino Latino 8728, Vossiano Latino 8° 15, nonnumquam etiam cum Reginensi Latino 1207 et Vindobonensi 2269 tradidit:

p. 2, 23	viderentur
p. 3, 47	et cum ipse ... moveatur *om.*
p. 3, 61	tam/tamen
p. 4, 80	initia (Parisino Latino 8728 excepto)
p. 5, 3	rotunditate (Parisino Latino 8728 excepto)
p. 6, 24	aequali.

De classe β

Codices septem ex quibus classis β consistit – Harleianus 2506, Cantabrigensis R 15.32, Carnutensis 498, Hannovriensis IV 394, Regius 12 c. IV, Wroclawensis IV 8° 11 Vossianusque Latinus 4° 92 – quot ac quantas lectiones communes ostendant conspicuum est, inter quas dignae sunt quae nominentur haec:

p. 9, 91	aequales
p. 11, 121–2	ac mediam/medium
p. 16, 57–8	Iunonem ... invenisse *om.*
p. 17, 68–9	sed ... Lycaonis *om.*
p. 21, 146–7	hoc autem facto
p. 24, 208	et solitariam oportebat *om.*
p. 26, 251–27, 254	ad Argivorum ... descensionem *om.*
p. 43, 531	morti eripuisse *add. post* collocatum
p. 50, 666	revertendum esse
p. 58, 791	venerari
p. 61, 842–3	quod iter ... esset *om.*
p. 72, 1048	petenti ... tribuisset *om.*
p. 73, 1063	artificiosa
p. 92, 1324	solus

p. 94, 1358–9	quod ... significasse *om.*
p. 98, 57–8	hic ... terram *om.*
p. 112, 307–8	sub pectore ... infra alteram *om.*
p. 115, 368–9	in utrisque ... crure unam *om.*
p. 120, 439	hic habet ... defixos pedes
p. 128, 64	et dimidium partis *om.*
p. 130, 100	locum vel circulum
p. 138, 276–8	diximus ... arbitramur *om.*
p. 139, 284–6	reliqua ... diximus *om.*
p. 140, 321–3	quae ... occidant *om.*
p. 143, 379–80	etiam Cepheus capite om.
p. 153, 564	Veneris est stella.

His autem addendi sunt et loci ubi classis β sententiam ad intellegendum aptam sola praebet:

p. 49, 647	Thetin
p. 94, 1353	et
p. 129, 89	unde
p. 142, 361	occidit
p. 149, 496	ut
p. 157, 635	rediens

et loci qui pro lectione aut corrupta aut inepta veteriorum codicum α in classe β verba, modo recte modo prave, refecta habent:

p. 7, 51	aquilonalibus
p. 25, 225	Thetis
p. 34, 376	Proserpinam
p. 38, 441–2	quarum ... genealogiam
p. 46, 588	ut nonnulli
p. 48, 632	celeriter
p. 50, 666	opinor ... revertendum esse
p. 91, 1317	constituisse in his et
p. 110, 273	*post* genu *add.* et in cervice vacuam unam
p. 110, 286	in sinistro humero unam in dextro humero alteram
p. 137, 246–7	sex signa sint infra autem VI
p. 149, 459	hoc autem
p. 151, 546	iudicatur
p. 152, 554	quinque et eos
p. 157, 640	sunt qui.

Quamvis solidi codices classis β essent, nonnullis tamen locis omnes vel plerique eandem lectionem tradiderunt ac maior pars classis α:

p. 21, 152	cum *om.*
p. 28, 276	verum
p. 29, 297	conaretur
p. 29, 305	qui sit
p. 74, 1065	et *om.*
p. 79, 1143	a dominis/ad hominis (-nes)
p. 135, 218	si stante
p. 137, 253	quod
p. 145, 427	inferius
p. 151, 532	sol *om.*

atque aliis locis similia verba ac solus Reginensis Latinus 1 260 continent:

p. 23, 184	ut
p. 41, 498	martis
p. 100, 104	singulas
p. 100, 106	sedile
p. 112, 309	in pede priore unam *add. post* genu unam
p. 119, 424	II
p. 123, 493	XXVI
p. 152, 555	dimensionem
p. 156, 621	dicatur

ita ut classis β omnis propior classi α habenda sit quam classis γ.

De Harleiano 2 506 (L) et Cantabrigensi R 15.32

Sine ullo dubio Harleianus 2 506 et optimus codex totius classis β et ex exemplari emendato a correctore Gallico transcriptus aestimandus est. Proximus autem ei Cantabrigensis R 15.32 esse videtur, propterea quod ambo codices non solum maxima parte eadem opera atque excerpta astronomica continent, sed etiam similitudines, quamvis paucas, tamen magni momenti habent:

p. 18, 84	ab his *add. ante* qui

p. 19, 100	de septentrionibus *om.*
p. 55, 746	usus erat
p. 72, 1030	hanc *om.*
p. 77, 1109	capere
p. 130, 103	celerem.

Cum Harleianus 2 506 Floriaci scriptus atque Ventae figuris ornatus, Cantabrigensis autem R 15.32 Venta quoque oriundus sit, conici potest hunc ab illo ipso transcriptum esse.

De Regio 12 c.IV et Vossiano Latino 4° 92

Vt Regius 12 c.IV et Vossianus Latinus 4° 92 fere ducentas lectiones communes habent, quarum manifestissimas enumerare satis est:

p. 30, 318	id est lyra(m) *add. post* collocata *vel post* Thesei
p. 36, 413	quam ... dixerunt *om.*
p. 42, 508	contra *pro* terra
p. 43, 528–9	tradita ... hominibus *om.*
p. 44, 545	ita ... tenentem *om.*
p. 48, 625	vocariis *pro* neve carnis
p. 64, 890–2	Pleiades ... demonstrat *om.*
p. 71, 1014	magnam *pro* magnanimam
p. 72, 1030–2	sed ... videtur *om.*
p. 73, 1052–3	pro nemo centaurus sagittarius usus *pro* quod ... usus
p. 77, 1107–9	ne ... ipsos *om.*
p. 81, 1162–3	e facto ... consuetudine *om.*
p. 92, 1329–30	quod ... eius *om.*
p. 92, 1333–4	itaque ... appellavit *om.*
p. 98, 70	arctum *pro* arcticum,

ita lectiones easdem tradiderunt non solum ac Cantabrigensis R 15.32 Hannovriensis IV 394 Wroclawensisque IV 8° 11, ubi Harleianus 2 506 lectionem aptam adhuc habet:

p. 29, 292	mortuum *pro* mortem
p. 44, 542	rapto *pro* erepto
p. 50, 662	secum *pro* se
p. 56, 760	virgula *pro* ungula
p. 79, 1139	insedisse *pro* incidisse

p. 111, 295	iam *add. post* ante
p. 127, 43	aequinoctialem *pro* arcticum
p. 148, 486–7	ne si ullis *pro* ne nonnullis,

sed etiam ac Hannovriensis IV 394 et Wroclawensis IV 8° 11 locis eis quibus Harleianus 2 506 et Cantabrigensis R 15.32 lectionem ceterorum codicum servaverunt:

p. 7, 43	*post* sex *add.* Marcianus dicit in boreo circulo esse partes octo in solsticiali sex in aequinoctiali quattuor
p. 98, 67	ita sunt X et IX *add.*
p. 99, 78	ita sunt IX *add.*
p. 104, 177	ita sunt V *add.*
p. 106, 218	ita est stellarum III *add.*
p. 107, 233–4	pisce ... toto *om.*
p. 111, 289	ita sunt omnino XVIII *add.*
p. 129, 90–1	sed ... revertamur *om.*
p. 139, 304–140, 305	quo enim ... videbuntur *om.*
p. 150, 516–7	fiat ... cum ex *om.*
p. 152, 559–153, 562	diebus ... Mercurii *om.*

Itaque uterque codex medius habendus est inter textum Harleiani 2506 Cantabrigensisque R 15.32 et Hannovriensis IV 394 Wroclawensisque IV 8° 11 atque ex exemplari eo oriundus videtur quod, quamvis Cantabrigensi R 15.32 affine, tamen corruptius et imperfectius fuit.

De Hannovriensi IV 394 et Wroclawensi IV 4° 11

Textus Hyginianus, truncus libro secundo atque compilationi partim computisticae partim astronomicae insertus, tantis erroribus in utroque codice corruptus est ut nonnumquam sensu careat:

p. 98, 65	in crure duas in pede *om.*
p. 99, 84	cum parte una *add. post* extrema
p. 100, 100–2	in sinistra ... in latere *om.*
p. 109, 259	ab ortu *pro* ad exortum
p. 111, 296–7	in sinistro ... obscuras *om.*
p. 119, 430	aquilonem *pro* aequinoctialem

p. 130, 105	aequinoctio *add. post* genua
p. 141, 337	procedat *pro* prodeat
p. 147, 453	ceteris *pro* certius
p. 150, 522	illud *pro* aliud,

unde apparet exemplar idem ad ambos codices transcribendos adhibitum esse.

De Carnutensi 498

Qui codex celebri librario ducente transcriptus, emendatiorem textum habet quam codices coaevi classis suae, propterea quod neque ullum errorem Hannovriensis IV 394 Wroclawensisque IV 8° 11 proprium tradidit neque in libro primo glossam servavit in Regio 12 c. IV, Vossiano Latino 4° 92, Hannovriensi IV 394 Wroclawensique IV 8° 11 insertam, etsi similitudines cum eisdem codicibus exhibeat:

p. 6, 23	mundo poloque *pro* modo polo
p. 7, 47	septentrionales *pro* septentriones
p. 9, 83	*post* quae *add.* tantum spatii habet latitudo zodiaci quantum longitudine duodecim partes attribuunt
p. 13, 164	ventum *om.*
p. 13, 167	possit *om.*
p. 16, 44	cum filio *om.*
p. 19, 102	appellari *pro* nominari.

De classe γ

Ambrosianus M 12 sup. (A), Elnonensis 337 (E), Parisinus Latinus 8 863 (F) Vossianusque Latinus 8° 84 in classe γ collecti sunt quod plures lectiones communes cum classe β habent:

p. 15, 32	servasse (cum Reginensi Latino 1260)
p. 28, 291	concessa *om.*
p. 99, 76	collocata
p. 99, 78	lyrae

p. 102, 140	exortis
p. 102, 146 et 147	femore

quam cum classe α:

p. 20, 127	quodvis
p. 42, 506	pulchritudinis
p. 88, 1273	Scyn (non in omnibus codicibus classis α).

Tot lectionibus communibus codices classis eius inter se coniunctos esse:

p. 15, 30	intumescente
p. 15, 35	appellatur
p. 16, 37	adiuvans
p. 19, 112	et *add. post* acceperunt
p. 21, 153	id *om.*
p. 29, 293	Herculum ... contra
p. 30, 315–6	gladio putri/patri refervere
p. 30, 323	ianuam
p. 31, 339	astra
p. 33, 375	ipse *om.*
p. 34, 384	mare de/maredem fonte
p. 36, 414	periculis
p. 36, 415	ipsumque
p. 37, 425	pro *om.*
p. 37, 433	pegasum
p. 39, 450	vocamus
p. 39, 456–7	et templum ... Minervae *om.*
p. 43, 523	praeterea *add. post* Ophiuchus
p. 65, 914	eius *om.*
p. 66, 929	fugientem eam
p. 69, 977	expugnandos
p. 69, 982	conicerentur
p. 70, 994	dixerunt vel scripserunt
p. 71, 1018	Virginem
p. 72, 1030	dixisse voluerunt
p. 72, 1043	eduxisse
p. 77, 1113	quam
p. 82, 1188	abiecisset
p. 85, 1226	Minervam
p. 86, 1247	sacram
p. 88, 1269–70	Apolline ... filium *om.*
p. 89, 1282	filias *om.*

p. 89, 1286	fuissent
p. 90, 1313	scribit *om.*
p. 95, 11	arcturus
p. 96, 19	arcturum

eo insignius est quod unus eorum, Parisinus Latinus 8 663, totum opus Hyginianum continet, ceteri autem excerpta haud semper eadem habent.

Quae classis, quamvis haud ampla, tamen magno usui editori Hygini est, propterea quod duos ex veterrimis codicibus librorum *de astronomia* amplectitur, id est Ambrosianum M 12 sup. et Elnonensem 337, quos ipsos affines esse aliquot errores communes ostendunt:

p. 13, 163–7	itaque ... possit *om.*
p. 17, 60	haec retulisse
p. 22, 167	ac cedebat/accedat
p. 39, 447	manu sua
p. 75, 1076	muciribus
p. 91, 1316	pontificus.

Hi tamen duo codices errores Parisini Latini 8 663 Vossianique 8° 84 proprios non praebent quorum nonnulli verbi gratia memorari possunt:

p. 29, 297	leonem
p. 29, 308	Aries
p. 39, 459–60	in eo loco ... appellatus *om.*
p. 53, 712	supervenit
p. 60, 819	phybisni
p. 108, 249–50	nunc ... aries *om.*
p. 126, 34–5	evenit ... videatur/esse *om.*
p. 133, 177–8	perquirentes omnes significantes
p. 152, 561	loco.

Codices ergo classis γ ab exemplaribus duobus proximis transcripti sunt, quorum melius ab Ambrosianum M 12 sup. et Elnonensem 337 adhibitum est, corruptius ad Vossianum Latinum 8° 84 et Parisinum Latinum 8 663. Aliquot autem errores exemplaris eius, quod ante oculos habuit librarius Parisini Latini 8 663, emendare conatus est, cum scriba Vos-

siani Latini 8° 84 eos servaret (clare *pro* clare lucentem, in utrisque pedes *pro* in utrosque pedes, negaresse *pro* negare se). Parisinus Latinus 8 663 praeterea dignus est qui accuratius inspiciatur non solum quod similitudines complures modo cum classi β omni exhibet:

p. 50, 662	dicerent
p. 54, 727	traiectum
p. 67, 943	Iason
p. 110, 286	in sinistro humero unam in dextro humero unam / alteram
p. 122, 470	posteriore
p. 122, 471	et *om.*
p. 125, 10	fieri
p. 131, 131	quoque *om.*
p. 132, 140	his *om.*
p. 133, 167	vernale
p. 148, 481	faciat

modo cum Harleiano 2 506, veterrimo codice eius classis:

p. 4, 73	sin
p. 27, 259	impudenti
p. 43, 541	enim *add. ante* eo
p. 57, 784	pater
p. 102, 135	est *om.*
p. 121, 461	exortus
p. 148, 487	intactam

aliis quoque locis lectione Harleiani 2 506 a correctore in margine addita:

p. 77, 1107	usitare
p. 110, 273	*post* genu unam *add.* et in cervice vacua(m) unam
p. 125, 15	qui voluerit
p. 149, 509	videbatur
p. 150, 511	autem *om.*
p. 156, 621	diebus,

sed etiam quia necessitudinibus cum Reginensi Latino 1 260 coniunctus est, qui ipse locum singularem in classe α tenet:

p. 13, 163	discedit
p. 34, 385	sepultura
p. 62, 861	fuit
p. 68, 957	deformatione
p. 127, 40	*post* prope *add.* hunc

p. 127, 43	superiora crurumque
p. 150, 522	XIImo signo
p. 151, 547	aut.

Ex origine Gallica utriusque codicis (Harleiani 2 506 et Reginensis Latini 1 260) conici potest exemplar a quo Parisinus Latinus 8 663 et Vossianus Latinus 8° 84 exarati sunt ex Gallia quoque oriundum esse, sed, verbo *haec* pro *autem* tredecies in Vossiano Latino 8° 84 scripto, quia nota insulana cum alia confusa est, exemplar Gallicum ipsum ex Britannico emanare existimandum est.

De classe δ

Quam affines inter se sint Parisinus Latinus 11 127 (W) et Bruxellensis 10 078 (B), qui in numero veteriorum codicum Hygini sunt, nonnullae lectiones et errores indicant:

p. 12, 148	non *add. ante* longe
p. 32, 354	figuram tam
p. 83, 1208	statuisse *om.*
p. 89, 1296	interemit
p. 91, 1316	quem *om.*
p. 93, 1345	autem *om.*
p. 104, 170	figurati
p. 112, 314	prospicitur
p. 119, 427	pedibus *om.*
p. 119, 428	ab *om.*
p. 129, 88	octavo
p. 146, 445	ut in *om.*
p. 155, 608	deficiens

quibus addendae sunt complures lectiones prioris dimidii operis quae codice contaminato Dorvilliano 95 quoque servatae sunt:

p. 2, 34	rebus *om.*
p. 18, 88	plaustri *om.*
p. 26, 240–1	a veneratoris accepisse
p. 30, 317	*ante* extollat *add.* lapidem
p. 30, 327	abstulerit

p. 32, 347	dicitur
p. 47, 611	imposuisset
p. 49, 641	ait
p. 52, 702	Naxam
p. 56, 750 et 753	Orionis
p. 57, 775	perterritus
p. 60, 824	corpore *om.*
p. 63, 884	dodonas
p. 65, 911	dicunt
p. 65, 917	capta *om.*
p. 66, 934	astrologi om.
p. 67, 942	dixerunt *add. post* etiam
p. 72, 1048	ultor(i)
p. 75, 1081	permotis
p. 77, 1107	cedere
p. 77, 1114	per *add. ante* illius
p. 81, 1167	autem *add. post* existimatur
p. 83, 1196	illa *om.*
p. 97, 47	hic.

Codices autem classis δ quorum lectiones nonnullae in classe ε apparent:

p. 14, 6	eius *add. post* filiaque
p. 19, 107	quali
p. 23, 201	paenitentibus
p. 28, 274	non *om.*
p. 42, 509	diximus
p. 48, 624–6	ne ... posset *om.*
p. 62, 860	propterea
p. 64, 904	quam *add. post* amplius
p. 78, 1120	a *add. ante* ceteris
p. 103, 162	illum *om.*
p. 110, 272	priore *om.*
p. 110, 285	primoribus *om.*
p. 112, 314	*post* habere *add.* spicas
p. 113, 329	autem *add. post* exoritur
p. 123, 482	appellatur
p. 123, 489	his *om.*
p. 126, 32	genua sinistrumque
p. 129, 89	sumunt

p. 150, 525–6	ille *om.* ... quam
p. 152, 554	hoc *om.*
p. 154, 595	cursum

vel rarius simul in classe ε et ζ:

p. 22, 162	posuisse
p. 91, 1319	certum
p. 130, 113	circulo *om.*
p. 142, 361	aqua
p. 143, 368	acumen
p. 151, 541–2	totumque spatium (in Parisino Latino 8 728 quoque)
p. 151, 544	revibratione *add. post* accepto (in Parisino Latino 8 728 quoque)
p. 152, 561–153, 562	circulo *om.* ... sidus (in Parisino Latino 8 728 quoque)

ex exemplari paulum corrupto emanare videntur, quod fundamentum quoddam omnium codicum ε ζ η habendum sit, ut ostendunt et lectiones communes δ ε ζ η (et plerisque locis Parisini Latini 8 728):

p. 26, 245	stupri *add. post* condicionem
p. 31, 333–4	Hercules / se Hercules ... defendisset ... fugasset
p. 64, 891	Plione
p. 68, 959	mente captus *add. post* dicitur
p. 77, 1112	quod
p. 97, 36	at
p. 101, 116	primori *om.*
p. 121, 453	IIII

et δ η:

p. 18, 89	similarent
p. 24, 209	appellabant / appellant
p. 28, 285	levissimis

et δ ζ η:

p. 20, 120	invenisse
p. 150, 528	obscurare.

De classe ε

Ab exemplari corruptiore quodam codices sex classis ε – Paulensis 16/1, Guelferbytanus 18.16 Aug. 4°, Laurentianus

XXIX. 30, Vindobonensis 51, Gronovianus 21 Arundelianusque 339 – ortos esse complures lectiones variae et errores communes firmant:

p. 2, 23	inde aestivi circuli definitionem *pro* in aestivi circuli definitione
p. 10, 105	efficere *pro* conficere
p. 21, 152	quid ... nasceretur *om.*
p. 25, 236	semine *pro* nomine
p. 41, 488	ex *pro* etiam ab
p. 48, 623	sed ... revertamur *om.*
p. 68, 971	rerum *add. post* natura
p. 90, 1313	de hoc ... scribit *om.*
p. 101, 131–102, 132	in cubito dextro unam *om.*
p. 115, 370	aquario *pro* aquali
p. 122, 474–123, 478	*capitulum 3, 38 om.*
p. 126, 33–4	sinistra ... manu *om.*
p. 130, 112	Chele *pro* Chelarum
p. 138, 272–3	videtur ... nocte *om.*

Quorum codicum Paulensis 16/1 et Gronovianus 21, qui ipsi meliores ceteris sunt, distinctum locum in classe sua tenent. Prior enim minus lacunosum textum neque ullam lectionem propriam ullius codicis ε tradidit; alter autem lectiones tam singulares continet, verbo *summa* ante numero stellarum uniuscuiusque capituli libri tertii adscripto, ut ex nullo codice classis ε recta via emanare possit.

Reliqui codices quattuor inter duas partes distribuuntur, unam Laurentianum XXIX. 30 et Vindobonensem 51 amplectentem, qui in priore dimidio operis artissime coniuncti sunt, alteram ex Guelferbytano 18.16 Aug. 4° et Arundeliano 339 consistentem, qui adeo deteriores sunt ut nonnullos errores Laurentiani XXIX. 30 et Vindobonensis 51 in verba corruptiora converterint:

p. 33, 367	alii *ex* alio (*pro* alium)
p. 64, 898	deliberas *ex* deliberatas (*pro* deliberasse)
p. 84, 1210	quae in eius modi signo est *ex* quae in eiusmodi sit (*pro* quod eius modi sit).

De classe ζ

Cantabrigensis Mc Clean 165 et Palatinus Latinus 1 363, praeterquam quod lectiones easdem ac Dorvillianus 145 in libro primo et initio libri secundi exhibent:

p. 12, 142	ardorem *om.*
p. 15, 36	auctor *add. post* Amphis
p. 18, 87	pariles *pro* pares
p. 33, 359–60	ad ... numerum *pro* ex ... numero,

inter se tot similitudines praebent ut ex eodem exemplari emanare videantur, libro quarto excepto, ubi plerasque lectiones proprias Cantabrigensis Mc Clean 165 habet. Vtcumque est, haud raro Palatinus Latinus 1 363 lectionem corruptiorem tradidit quam error Cantabrigensis Mc Clean 165 est:

p. 25, 236	cutes *ex* cives (*add. post* nomine)
p. 31, 343	duos *ex* deos (*add. post* audiendum)
p. 47, 608	concremaretur *ex* concremarent (*pro* conicerent)
p. 61, 830	deodem *ex* de eodem (*pro* de eo).

De classe η

Ex lectionibus plurimis Parisini olim Phillipps 26 235 (Z) et Hunteriani T. 4. 2 (Y) propriis codices duos classis η ab eodem exemplari transcriptos esse concludi licet:

p. 2, 29	demonstrationem
p. 3, 57	tam *add. ante* diligentissime
p. 6, 34	autem *add. post* finitione
p. 7, 47	facie
p. 8, 64	qui *add. post* instituitur
p. 12, 156	quoniam
p. 13, 158	certumque id
p. 16, 49	docebimus
p. 19, 101	nominari
p. 23, 187	enim *om.*
p. 25, 224	redeamus
p. 31, 328	contra *add. ante* quos
p. 35, 402	collocatus
p. 39, 460	pro Vulcani amore

p. 40, 480 obtinuisse
p. 41, 497 Iovis
p. 43, 541 dicitur *add. ante* eo
p. 45, 569–70 ea tempestate eo
p. 55, 746 consueverat
p. 56, 768 ipse *om.*
p. 59, 808 cecidisse
p. 60, 816 tradidisse
p. 67, 948 autem *add. post* Pollucem,

etsi Hunterianus T. 4. 2 propior ei exemplari habendus est (Parisinus enim p. 61, 831–5 verba *et eius ... Phrixum* omisit, quorum Hunterianus T. 4. 2 pauciores omiserat *et per ... iussisse*).

Quae classis praeterea lectionibus compluribus coniuncta est cum classe ε:

p. 22, 174 Aetholorum
p. 33, 366 implicatos *add. post* dracones
p. 40, 462 pervenisset *add. post* eam

vel cum classe ζ:

p. 36, 409 versum
p. 66, 920 sparso
p. 66, 932 sole *add. post* exoriente

vel etiam cum utraque classe:

p. 47, 601 verbis *add. post* pluribus
p. 66, 925 illas

quarum lectionum nonnullae sententiam aptam solae praebent.

Classis η praeterea libri secundi capitulo quinto decimo (p. 50, 669–51, 674) locum tradidit ad intellegendum aptum, sed refectum, ut ex verbis inusitatis Hygino apparet. Vnde concludi licet eam classem vestigia servasse tertii generis codicum quod propius δ ε quam α β γ sit.

De ceteris codicibus quattuor

Denique dicendum est de reliquis codicibus quattuor qui minime et inter se et cum septem classibus praedictis affines sunt.

De Dresdensi Dc 183

Dresdensis Dc 183 folia quae hodie supersunt librum tertium et quartum fere amplectuntur, sed eo difficiliora sunt lectu quod multis emendationibus praedita sunt. Quem codicem, si quis confert cum ceteris, propiorem priori generi codicum (α β γ) esse, sed cum nulla classe vel parte classis artissime coniunctum nisi cum SNM, et maxime cum N reperit. Dresdensis enim Dc 183 similitudines plerumque exhibet cum aliquot codicibus classis α:

p. 99, 77	finit
p. 101, 130	ut *om.*
p. 104, 185	manu
p. 107, 223	finem *add. post* a capite
p. 107, 234	eius *om.*
p. 110, 276	auriga
p. 112, 322	ex
p. 115, 363	superius
p. 118, 418	clavem
p. 118, 420	ut
p. 124, 497	alas
p. 156, 616	radiens

vel classis γ:

p. 95, 7	in *om.*
p. 99, 85	hic *om.*
p. 100, 95	desidet
p. 103, 152	dictum
p. 105, 195	autem *om.*
p. 118, 407	autem

vel classium α β:

p. 111, 296	pede primo
p. 112, 320–1	conspicis
p. 115, 367	membris

vel classium β γ:

p. 110, 286	in sinistro humero unam in dextro humero alteram
p. 111, 294	autem *om.*

vel etiam classium α β γ:

p. 100, 107	ipsam circumductionem

p. 102, 146 unam *om.*
p. 109, 253 capite
p. 114, 351 et *om.*
p. 128, 67 conficiat.

De Dorvilliano 95

Qui codex sine ullo dubio contaminatus est, quod praeter locos varios ubi eandem lectionem quam classis δ servavit, affinitates ostendit modo cum classe ε:

p. 148, 486 *post* voluminis *add.* ut pro/per natura volumen sit

modo cum Parisino Latino 8 728 (classis α):

p. 91, 1320 misso Mercurio
p. 113, 329 capite
p. 130, 104 effectionem
p. 155, 608–9 totus siquidem.

De Dorvilliano 145

In libro primo et initio libri secundi artissimis necessitudinibus cum classe ζ coniunctus est, cum in reliqua parte operis lectiones easdem tradiderit quas nonnulli codices classis α (praesertim Parisinus Latinus 8 728 Reginensisque Latinus 1 260):

p. 133, 169–70 Chelae ... autumnale *om.*

vel codex unus classis β (Harleianus 2 506):

p. 103, 157–8 Perseus ... habere *om.*

vel tota classis β:

p. 98, 59–60 ex arctico ... pedibus *om.*,

ita ut contaminatus ipse esse videatur.

De Leidensi B. P. L. 225

Qui codex, quamvis truncus, etiam contaminatior esse videtur, quippe qui cum omnibus classibus codicum nisi cum

classe β lectiones communes servaverit. Nonnullis enim locis verba Parisini Latini 8 728 (classis α) secutus est:

p. 63, 886	praeterque
p. 67, 951	in astris
p. 69, 974	eius
p. 72, 1040	existimatur *om.*

atque aliis locis lectionem plurimorum codicum α, Parisino Latino 8 728 excepto, tradidit:

p. 110, 287	in sinistro humero unam;

e contrario alibi similitudines cum classibus δ ε exhibet:

p. 92, 1327	deiectus est

vel cum classibus ε η:

p. 60, 817	*add.* carens pelle lucente *post* videatur.

Hoc autem solum dignus est qui adhibeatur ad editionem, quod paucis locis verba ad sententiam apta solus praebet:

p. 96, 34	orientibus
p. 97, 46	dicitur
p. 110, 273	in
p. 121, 450	stellas quattuor

aut eandem lectionem rectam continet ac codices minimi momenti qui nulli usui editori Hyginiano sunt:

p. 101, 112	oriente
p. 108, 239	in
p. 109, 256	in
p. 112, 306	in
p. 113, 333	in
p. 114, 346	in
p. 114, 356	in
p. 118, 419	exorta
p. 119, 475	in
p. 122, 464	in
p. 122, 471	in
p. 154, 586	longe,

quae lectiones quanta cura librarius hunc codicum transcripserit testantur.

Nunc ad testimonia eorum qui excerpta operis Hyginiani in scriptis suis inseruerunt mihi transeundum est. Quod ad libros *de astronomia* attinet, primum scholia ad Aratea Ciceronis codicibus mediaevalibus tradita inspicienda sunt, quos ex editionibus figuris ornatis saeculi tertii post Christum natum emanavisse supra demonstravi. Cum codices figuris quoque siderum caelestium praediti non solum excerpta ex libro secundo et tertio Hyginiano, sed etiam alia scripta apta ad explananda Aratea in scholiis praebere soleant, editori Hygini recensendi sunt tantum codices quorum scholia ex solo opere Hyginiano excerpta sunt. Inter quos codices tres optimos atque artissime inter se coniunctos ipsa contuli, id est Harleianum 647 (saeculi noni medii) et – ab hoc transcriptos – Cottonianum Tib. B V (circa 1 000) Cottonianumque Tib. C I (circa 1 100). Qui praeterquam quod decem fere locis verba servaverunt quae, quamvis emendata, tamen differunt a verbis rectis omnium codicum Hyginianorum, quinquies lectionem confirmant sive classium α β γ:

p. 91, 1317–8	in his et eum (cum α β γ errorem habeant)
p. 91, 1319	Iovi ut ceteros redderet (verba proxima lectioni α β γ et η)

sive saepius omnium vel plurimorum codicum:

p. 34, 376	Venerem (classibus ε, ζ, η, Dorvilliano 145, Vossiano Latino 8° 84, Parisino Latino 8 663 Reginensique Latino 1 207 servatam)
p. 87, 1254	ad fontem (classibus β, δ, ε, η, Parisino Latino 8 728 Vindobonensique 2 269 traditam)
p. 109, 257–8	sub ventre tres in lumbis unam in pede posteriore unam (in omnibus codicibus, α β δ exceptis, contentam).

Haud mirandum igitur est uno loco (p. 60, 814) scholia lectionem veram (*tostum*) praebere, cum codices tres optimi (SNM) errorem (*tortum*), reliqui autem verbum etiam corruptius (*ortum*) exhibeant.

Alterum vero testimonium Isidorus Hispalensis praestat

cum in libris *de natura rerum*[14] ter locum Hyginianum nominatim rettulit (id est *D.N.R.*, 48, 1, 1–7 (nunc ... existimantur) = HYG., 1, 8 (nunc p. 10, 118 ... existimantur p. 11, 125); *D.N.R.*, 17, 1, 1–7 (solem ... moveri) = HYG., 4, 13 (solem p. 145, 412 ... non stare p. 145, 423); *D.N.R.*, 19, 1, 1–6 (lunam ... intellegere; quia cum ... stare) = HYG., 4, 14 (lunam p. 149, 498 ... intellegere p. 149, 500; cum p. 149, 506 ... moveri p. 149, 508)). Qui loci Isidori, etsi non semper verbum e verbo Hygini reddunt, quater tamen lectionem classium δ ε confirmant:

p. 145, 418	longus
p. 145, 421	inaequales
p. 149, 498	*nullo verbo addito post* lunam
p. 149, 499	idque

ubi classes α β γ vel classis α errorem unum aut complures tradidit.

Itaque exemplar quo Isidorus saeculo septimo ineunte usus est textum servavisse apparet si minus rectum, at certe refectum compluribus locis, ut p. 145, 418 verbo *spatiosus* pro *longus* scripto, cum verbis *quam longus* verba *tam longus* respondeant.

*
* *

Vt quae de singulis classibus dixerim breviter commemorem, nullos alios codices ad editionem criticam praestandam adhibui nisi incorruptos classis α (id est SNMRP), codicem ex quo tota classis β emanare videtur (id est L), codices tres maximi momenti classis γ (id est AEF), totamque classem δ (id est WB) et η (id est ZY), propterea quod ad restituendum exemplar commune aptissimi esse videntur.

Itaque in eligendis lectionibus variis textum meliorum co-

14 *Isidore de Séville. Traité de la nature,* ed. J. FONTAINE, in *Bibliothèque de l'École des Hautes Études hispaniques,* fasc. 28, 1960.

dicum trium servavi (SNM) quotiescumque aut integer aut testimoniis aliis (scholiis verbi gratia) confirmatus est; cum autem hi codices simul cum reliquis classis α errorem tradiderunt, lectionem classis δ aut η secuta sum, atque si forte textus omnium tredecim codicum praedictorum sensu caruit, verba ad sensum maxime idonea passim delegi. Denique paucissimis locis ubi textum Hyginianum emendandum esse satis constitit ut intellegi posset, curavi ut aut lectiones ex diutino tempore propositas acciperem (verbi gratia lectionem Modii p. 155, 608 vel Grotii p. 96, 22 vel etiam Schefferi p. 24, 204), aut accommodatis coniecturis uterer quarum philologi nuper auctores fuerunt.

Quam autem rationem adhibuissem ad textum edendum pluribus verbis in commentario exposui[15].

15 Gh. VIRÉ, *Le texte du* de astronomia *d'Hygin. Questions de méthode*, in *Latomus*, t. 51, 1992.

Lector qui instrumenta quae dicuntur informatica ad codices comparandos adhibita cognoscere cupiet leget Gh. VIRÉ, *Informatique et classement des manuscrits. Essai méthodologique sur le* de astronomia *d'Hygin*, Bruxelles, 1986.

CONSPECTVS SIGLORVM

I. Codices textus Hyginiani (secundum ordinem temporum)

A	=	Ambrosianus M 12 sup., saec. IX
M	=	Montepessulanus H 334, saec. IX
S	=	Sangallensis 250, saec. IX
E	=	Elnonensis 337, saec. IX
R	=	Reginensis Latinus 1260, saec. IX
N	=	Monacensis Clm 13084, saec. X
P	=	Parisinus Latinus 8728, saec. X
L	=	Harleianus 2506, saec. X
W	=	Parisinus Latinus 11127, saec. X
F	=	Parisinus Latinus 8663, saec. XI
B	=	Bruxellensis 10078, saec. XI
Z	=	Parisinus olim Phillipps 26235, saec. XII
Y	=	Hunterianus T.4.2, saec. XII
α	=	SNMRP
β	=	L
γ	=	AEF
δ	=	WB
η	=	YZ

II. Codices scholiorum ad Ciceronis Aratea

H	=	Harleianus 647, saec. IX
C_1	=	Cottonianus Tib. C.I., saec. XII
C_2	=	Cottonianus Tib. B.V., saec. XI

III. Editiones Hyginianae

Bu	=	B. BUNTE (Lipsiae, 1875)
Le Bœu	=	A. LE BŒUFFLE (Parisii, 1983)

IV. Studia critica

Burs.	=	C. BURSIAN, *Zur Texteskritik der Astrologie des Hyginus* (1876)
Ditt.	=	G. DITTMANN, *De Hygino Arati interprete (diss.)* (Lipsiae, 1900)

PRAEFATIO

Hyginus M. Fabio plurimam salutem. Etsi te studio grammaticae artis inductum non solum versuum moderatione quam pauci perviderunt, sed historiarum quoque varietate qua scientia rerum perspicitur, praestare video, quae facilius etiam scriptis tuis perspici potest, desiderans potius scientem quam liberalem iudicem, tamen quo magis exercitatus et nonnullis etiam saepius in his rebus occupatus esse videor, ne nihil in adulescentia laborasse dicerer et imperitorum iudicio desidiae subirem crimen, hoc velut rudimento scientiae nisus scripsi ad te, non ut imperito monstrans, sed ut scientissimum commonens, sphaerae figurationem circulorumque qui in ea sunt notationem et quae ratio fuerit ut non aequis partibus dividerentur. Praeterea terrae marisque definitionem et quae partes eius non habitantur ut multis iustisque de causis hominibus carere videantur ordine exposuimus et rursus redeuntes ad sphaeram duo et quadraginta

PRAEFATIO. *Deest* E || **1** *Titulum add.* Incipit liber Hygini periti magistri de astronomia R Incipit liber Hygini (Igini Z) de astronomia LZ Incipit Iginus de ratione spherae B | Hyginus ... salutem *om.* SLAF | plurimum NP plurimam N^{corr} *om.* η | te *om.* N || **2** moderamine WB^{sv} moderatorem Y moderationem Y^{corr}Z modulatione $M^{sv}R^{corr}L^{corr}$ || **3** quam R qua R^{corr} || **4** praesentare M praestare M^{corr} || **5** scriptis etiam δ et scriptis Y | considerans F desiderans F^{sv} | scientiam A || **6** exercitatur A || **7** saepius *om.* B *compl.* B^{sv} | videar M^{corr} $P^{corr}L^{corr}$Fδ | et *add. post* videor R^{corr}AFδη || **8** imperatorum R impiorum Y imperitorum $R^{corr}Y^{corr}$ || **9** desidio Y desidiae Y^{corr} || **10** nisis R nisus R^{corr} | ut *om.* L ut L^{corr} | imperitum M imperito M^{corr} | viam *add. post* monstrans B || **12** qui] quae A || **13** diffinitione B || **14** habitentur A || **15** ex ordine W || **16** et *om.* M^{corr} | et rursus rursusque P | triginta αLAFδ

signa nominatim pernumeravimus, exinde uniuscuiusque signi historias causamque ad sidera perlationis ostendimus. Eodem loco nobis utile visum est persequi eorum corporum deformationes et in his numerum stellarum, nec praetermisi- 20 mus ostendere ad septem circulorum notationem quae corpora aut partes corporum pervenirent et quemadmodum ab his dividerentur. Diximus etiam in aestivi circuli definitione, quaerentes quare non idem hiemalis vocaretur et quid eos fefellerit qui ita senserint et quid in ea parte sphaerae solis ef- 25 ficiat cursus; praeterea quare circulos in octo partes divideremus ordine exposuimus. Scripsimus etiam quo loco circulus aequinoctialis foret constitutus et quid efficeret ad eum perveniens sol. In eiusdem circuli demonstratione ostendimus quare Aries inter sidera celerrimus diceretur; pauca praeter- 30 ea de hiemali circulo diximus. Exinde zodiacum circulum definivimus et eius effectus et quare potius duodecim signa quam undecim numerarentur, quid etiam nobis de reliquis circulis videretur. His propositis rebus ad id loci venimus ut exponeremus utrum mundus ipse cum stellis verteretur an 35 mundo stante vagae stellae ferrentur et quid de eo nobis et compluribus videretur et qua ratione ipse mundus verteretur. Praeterea quare nonnulla signa celerius exorta serius occiderent, nonnulla etiam tardius ceteris exorta citius ad occasum pervenirent, quare etiam quae signa pariter oriantur, non si- 40

19 visum utile L visum *om.* A || **20** deformationem NR^corr^LAF || **21** quae] quo *Bu. LeBœu.* || **21-22** notationem ... corporum *om.* Y || **23** viderentur RP dividerentur R^corr^P^corr^ | aestitui N | in *add. ante* definitione R *om.* R^corr^ || **25-26** efficiat ... divideremus *om.* F *compl.* F^corr^ || **26** circulos *om.* A | dividerentur A || **28** perfecerit W || **29** demonstrationem η || **31** exinde *om.* N | circulum zodiacum Z || **33** numerentur NPδ || **34** praepositis S | rebus *om.* δ rebus B^sv^ | id] his Y || **34-35** his ... verteretur *om.* M *compl.* M^corr^ || **36** stellae vagae A | ferentur NRW ferrerentur A || **36-37** et compluribus] etiam pluribus L || **37** videretur *om.* P | et qua ratione] quaque ratione M^corr^P || **38** quare *scr. post* signa F | sidera P || **39** ceteris tardius Fη | ceteris *om.* A || **40** venirent S | signa quae R

mul occidant. Eodem loco diximus quare non essent in sphaera superiora inferioribus hemicyclis aequalia et quot modis stellas videre non possimus. Praeterea scripsimus in duodecim signorum ortu quae de reliquis corpora exoriri et
45 quae eodem tempore occidere viderentur. Deinde ordine perscripsimus sol utrum cum mundo fixus verteretur an ipse per se moveretur et, cum ipse per se moveatur et contra duodecim signorum ortus eat, quare videatur cum mundo exoriri et occidere. Deinde protinus de lunae cursu pauca proposui-
50 mus et utrum suo an alieno lumine uteretur, eclipsis solis et lunae quomodo fieret, quare luna per eundem circulum iter faciens celerius sole currere videatur et quid fefellerit eos qui ita senserint, quinque stellae quantum habeant intervallum et utrum quinque sint an septem et utrum quinque certe er-
55 rent an omnes et quinque quomodo currant. Diximus etiam qua ratione priores astrologi non eodem tempore signa et reliquas stellas reverti dixerint et quare Meton diligentissime observasse videatur et quid reliquos fefellerit in eadem causa.

60 In his igitur tam multis et variis rebus non erit mirum aut pertimescendum quod tantum numerum versuum scripserimus; neque enim magnitudinem voluminis, sed rerum multitudinem peritos convenit spectare. Quod si longior in ser-

41 non *om.* A || **42** interioribus αLAFδ *LeBœu.* | hemicycli αLFδ hemicyclii A | et qualia W | quod AR quot R^{corr} || **43** videri N | possumus Fη || **44** quae de reliquis *bis scr.* W || **46** cum *om.* F | verteretur fixus R || **46-47** per se *om.* F || **47** moveatur RP moveretur P^{corr} | et ... moveatur *om.* RP | contra] ita N etiam P | duodecim *om.* A || **48** motus L ortus L^{sv} | erat Y || **53** quinque *om.* M | stellas A | habent AZ || **54** non L septem L^{sv} | errent certe η | errant S || **57** dixerunt AF dixerint F^{sv} | metam M^{corr}N$R^{corr}P^{corr}$Fδ natura tam Y metam tam Z || **58** videantur $M^{corr}R^{corr}P^{corr}$FδZ || **60** rebus *om.* W | mirum *om.* L *compl.* L^{corr} || **61** tam R tamen P tantum $R^{corr}P^{corr}$ | scripsimus N || **62** voluminis] volumus in his Y || **63** veritos NA | in sermone longior F

mone visus fuero, non mea facunditate, sed rei necessitate
factum existimato nec, si brevius aliquid dixero, minus idem 65
valere confidito quam si pluribus esset audiendum verbis.
Etenim praeter nostram scriptionem sphaerae quae fuerunt
ab Arato obscurius dicta persecuti planius ostendimus ut penitus id quod coepimus exquisisse videremur.

Quod si vel optimis usus auctoribus effeci ut neque bre- 70
vius neque verius diceret quisquam, non immerito fuerim
laudari dignus a vobis, quae vel amplissima laus hominibus
est doctis. Si minus, non deprecamur in hac confectione nostram scientiam ponderari ideoque maioribus etiam niti labo-
ribus cogitamus in quibus et ipsi exerceamur et quibus volu- 75
mus nos probare quid possimus. Etenim necessariis nostris
hominibus scientissimis maximas res scripsimus; non levibus occupati rebus, populi captamus existimationem. Sed ne
diutius de eo quod neglegimus loquamur, ad propositum veniemus et initium rerum demonstrabimus. 80

64 fecunditate R facunditate R^{corr} || **64-65** factum necessitate F || **65** nec] nam W | dixero minus] dixerimus M dixero R || **66** pluribus *om.* A | audiendum esset η || **67** fuerint L fuerant F || **68** planus N | ponitus R penitus R^{corr} || **70** vel *om.* R P^{corr} *compl.* R^{corr} | obtimus R obtimis R^{corr} | visus N | effici NY offeci F effeci $F^{sv}Y^{corr}$ || **70-71** verius neque brevius P || **71** non *om.* Y || **71-72** fuerim immerito laudari W fuerim laudari immerito B || **72** quod Z || **72-73** doctis est hominibus F est hominibus doctis A || **73** est *om.* P *compl.* P^{corr} esset W | doctissimus N doctis si minus N^{corr} | sin R^{corr}LF | confessione R confectione R^{corr} || **74** conscientiam S sententiam LZ | etiam niti maioribus W | etiam *om.* F || **75** et ipsi in quibus δ | et ipsi] in filium A et Z et ipsi Z^{corr} | in *add. ante* quibus^{2} δ || **76** nos] non N | quid *om.* αLAF *LeBœu.* || **77** maximis F maximas F^{sv} | re P res P^{corr} | ne A || **80** initia R

LIBER PRIMVS

De Mundo. Mundus appellatur is qui constat ex sole et luna et terra et omnibus stellis. 1,1

De Sphaera. Sphaera est species quaedam in rotundo conformata, omnibus ex partibus aequalis apparens, unde re- 1,2
5 liqui circuli finiuntur. Huius autem neque exitus neque initium potest definiri, ideo quod in rotundo omnes tractus et initia et exitus significare possunt.

De Centro. Centrum est cuius ab initio circumductio sphaerae terminatur ac terrae positio constituta declaratur. 1,3

10 De Dimensione. Dimensio quae totius ostenditur sphaerae est cum ex utrisque partibus eius ad extremam circumductionem rectae ut virgulae perducuntur; quae dimensio a compluribus axis est appellata. Huius autem cacumina quibus maxime sphaera nititur poli appellantur, quorum al- 1,4
15 ter ad aquilonem spectans boreus, alter oppositus austro notius est dictus.

LIBER PRIMVS. **1,1** *Deest* E | **1** De Mundo *om.* AFη de mundi appellatione N | autem *add. post* mundus S || **1,2** *Deest* E | **3** De Sphaera *om.* LAFWπ | rotunditate R || **4** unde] in qua δ$M^{sv}P^{sv}$ de qua M^{sv} unde B^{sv} || **5** sphaerae *add. post* autem M^{sv}η || **6** definiri (diffi- B) potest δ | quia W | tactus αL tractus $M^{corr}P^{corr}L^{sv}$ || **7** et *om.* P *compl.* P^{sv} | significari $M^{corr}R^{corr}L^{corr}$AFδη *LeBœu.* || **1,3** *Deest* E | **8** De Centro *om.* L Aη || **9** terminatio S | hac F || **1,4** *Deest* E | **10** IIII *add. ante titulum* P | De Dimensione *om.* LAδη | est *scr. post* dimensio η | quae] quoque FR^{sv} -que *LeBœu.* || **11** est *om.* αLAF *LeBœu.* est $N^{sv}R^{sv}P^{sv}$ | de dimensione *scr. post* eius N | dexteram B extremam B^{corr} || **12** aut αAB^{corr} *om.* L ut $S^{corr}M^{corr}R^{corr}P^{corr}$ tamquam M^{sv} ut *scr. ante* rectae L^{sv} | producuntur F || **13** acumina R || **14** nititur] regitur M^{sv} || **15** spectans] spirans W | austro alter oppositus W austro alter positus B oppositus alter austro B^{corr} | appositus N

1,5 De Circulis. Significationes quaedam in circumductione sphaerae circuli appellantur, e quibus paralleli dicuntur qui ad eundem polum constituti finiuntur; maximi autem sunt qui eodem centro quo sphaera continentur. 20
Horizon appellatur is qui terminat ea quae perspici aut non videri possunt; hic autem incerta ratione definitur quod modo polo subiectus et circulis his qui paralleli dicuntur, modo duobus extremis et aequalibus nixus, modo aliis partibus adiectus terrae pervidetur ita utcumque fuerit sphaera 25
collocata.

1,6 De Polo. Polus is qui boreus appellatur pervideri potest semper, notius autem ratione dissimili semper est a conspectu remotus. Naturalis autem mundi statio Graece φυσική dicitur; ea est in boreo polo finita ut omnia e dextris 30
partibus exoriri, in sinistris occidere videantur. Exortus est enim subita quaedam species obiecta nostro conspectui, occasus autem pari de causa ut erepta ab oculis visa.

1,7 In finitione mundi circuli sunt paralleli quinque in quibus tota ratio sphaerae consistit, praeter eum qui zodia- 35
cus appellatur; qui quod non ut ceteri circuli certa dimensione finitur et inclinatior aliis videtur, λοξός a Graecis est

1,5 *Deest* E | **17** De Circulis *om.* LAFη *LeBœu.* De significatione α || **19** maxime R maximi R[corr] || **20** in *add. ante* eodem B | quo] pro B *om.* A | sphaerae A | continetur L continentur L[corr] || **21** autem *add. post* horizon S | his F || **22** definiri N definitur N[corr] | quo AB[sv] || **23** qui *add. post* modo AB[sv] | poloque SNP polo P[corr] | est *add. post* subiectus FB | et] est A *om.* B[corr] | circulus S || **24** aequali RP aequalibus R[corr] P[corr] | sphaerae *add. ante* partibus M[sv] || **25** providetur B | ut quocumque A | sphaera *om.* W || **1,6** *Deest* E | **27** De Polo *om.* AFη de poli appellatione N | solus B polus B[corr] | is *om.* NAF his L is L[corr]F[sv] || **28** est semper N || **29** quae *add. post* statio R | Graece *ex Fitzw. 165 Pal. 1363] om. rell. codd. LeBœu.* || **30** dicitur] et L | e] a NRLAF[corr]B[sv]η *Le Bœu.* ad F || **32** subito δ subita B[corr] || **33** aut N | ut ... visa *om.* M *compl.* M[corr] || **1,7** *Deest* E | **34** autem *add. post* finitione η || **35** consistibus Y || **36** *ante* quod *add.* in eo W eo B | quod *om.* A | circuli ceteri L || **37** et] sed η | inclinatio M inclinatior M[corr] | λοξός] λοχος A loxas F legos Y logos Y[sv] loxos F[corr] inclinativus M[sv] | esse Y

dictus. Quinque autem quos supra diximus sic in sphaera metiuntur: initio sumpto a polo qui boreus appellatur ad
40 eum qui notius et antarcticus vocatur, in triginta partes unumquodque hemisphaerium dividitur ita uti dimensio significare videatur in tota sphaera sexaginta partes factas. Deinde ab eodem principio boreo, sex partibus ex utraque finitione sumptis, circulus ducitur cuius centrum ipse polus
45 est finitus. Circulus ἀρκτικός appellatur quod intra eum Arctorum simulacra ut inclusa perspiciuntur; quae signa a nostris, ursarum specie ficta, Septentriones appellantur. Ab hoc circulo de reliquis partibus quinque sumptis, eodem centro quo supra diximus, circulus ducitur qui θερινὸς
50 τροπικός appellatur ideo quod sol, cum ad eum circulum pervenit, aestatem efficit eis qui in aquilonis finibus sunt, hiemem autem eis quos austri flatibus oppositos ante diximus; praeterea, quod ultra eum circulum sol non transit sed statim revertitur, τροπικός est appellatus. Ab hac circuli sig-
55 nificatione quattuor de reliquis partibus sumptis, ducitur circulus aequinoctialis, a Graecis ἰσημερινός appellatus, ideo

38 autem *om.* B aut L || 39 *ante* initio *add.* ut Y in Z || 40 videtur B vocatur B^{sv} || 41 ut PFη | *post* uti *add.* partes factas A una Y | significari SNM^{corr}R^{corr}PLAFδ *LeBœu.* || 42 factus N effectas B factas B^{sv} || 43 definitione B || 44 circulis N cuius A | dicitur W | huius R cuius R^{corr} | centro RAB^{corr} cetron B centron R^{corr} | polus ipse F || 45 est *scr. post* ipse δ *om.* αLAFY | finitur R^{sv}AB^{corr} finitis L finitus L^{corr} | circulis L circulus L^{corr} || 46 arctorum R^{corr}F^{sv}] arcturum SNRLA arcturi M^{corr}R^{sv}PL^{corr}Fδη | ut *om.* M^{corr}R ut M^{sv}R^{corr} | perspiciantur R perspiciuntur R^{corr} || 47 ursorum R | facie η | facta NLF^{sv} ficta L^{sv} | ideo quod sol cum ad eum *add. post* appellantur A || 48 V partibus A | ab *add. ante* eodem R *om.* R^{corr} || 49 quod R quos W quo. B quo B^{corr} | ducitur] dicitur NY || 50 sol cum] solum M sol cum M^{corr} || 51 pervenerit W | aquilonibus SNMR aquilonalibus L aquilonis M^{corr}R^{corr} | sunt finibus δ || 52 eis *om.* N || 53 sed *om.* M et SNLAF *compl.* M^{corr} || 55 quattuor *om.* R *compl.* R^{corr} | dicitur MW ducitur M^{corr} || 56 appellatur R^{sv}L^{sv}F

quod sol, cum ad eum orbem pervenit, aequinoctium conficit. Hoc circulo facto, dimidia sphaerae pars constituta perspicitur. E contrario item simili ratione a notio polo sex partibus sumptis, ut supra de boreo diximus, circulus ductus (60) ἀνταρκτικός vocatur, quod contrarius est ei circulo quem ἀρκτικόν supra definivimus. Hac definitione sphaerae centroque polo qui notius dicitur quinque partibus sumptis, circulus χειμερινὸς τροπικός instituitur, a nobis hiemalis, a nonnullis etiam brumalis appellatus, ideo quod sol, cum ad (65) eum circulum pervenit, hiemem efficit his qui ad aquilonem spectant, aestatem autem his qui in austri partibus domicilia constituerunt. Quanto enim abest longius ab his qui in aquilonis habitant finibus, hoc hieme maiore conflictantur, aestate autem hi quibus sol appositus pervidetur; itaque Aethio- (70) pes sub utroque orbe necessario fiunt. Ab hoc circulo ad aequinoctialem circulum reliquae fiunt partes quattuor, ita uti sol per octo partes sphaerae currere videatur. Zodiacus autem circulus sic vel optime definiri poterit ut, signis factis sicut postea dicemus, ex ordine circulus perducatur; qui au- (75) tem lacteus vocatur, contrarius aequinoctiali ibi oportet ut eum medium dividere et bis ad eum pervenire videatur, se-

57 ad *om.* P *compl.* P^{corr} | pervenit *om.* L *compl.* L^{sv} | pervenit orbem η | et *add. post* pervenit W | efficit δ ‖ **58** facta F | parte A | perspicietur W ‖ **61** ei *om.* M^{corr}RPAFZ et SNM ei P^{sv} ‖ **62** definimus MZ definivimus M^{corr} ‖ **63** poloque LF^{sv} poli B *LeBœu.* | sumpto *add. post* polo M^{sv} | dictus est F ‖ **64** chimerinus SNML^{corr}PF himerinus RAB^{corr}η isymerinus L he/imorinos δ hesemerinos W^{corr} | qui *add. post* instituitur P^{sv}η | a^2] an N ‖ **65** etiam *om.* A autem F | appellatur LAB appellatus L^{sv} ‖ **67** exspectant SNMP^{corr} LAF | is LY his L^{corr} | austro Y austri Y^{corr} australibus Z ‖ **68** longius abest δY | illis Y | aquilonibus RB aquilonis $R^{corr}B^{corr}$ ‖ **69** conflictamur M conflictitur N | aestatem MPFWZ aestas NAB^{sv} ‖ **70** hii RF his M^{corr}PLAWB^{sv} ‖ **71** orbe *om.* L *compl.* L^{corr} | necessarie AY ‖ **72** III Y ‖ **73** ut AF | VI F VIII F^{sv} | videatur currere δ ‖ **74** vel *om.* R *compl.* R^{corr} per Z | definire L definiri L^{corr} ‖ **75** diximus N dicimus Y dicemus Y^{corr} ‖ **76** ibi] ita F^{sv} | oporteret S | ut *om.* $R^{corr}L^{corr}AF^{corr}$Z ‖ **77** et] ut $R^{corr}L^{sv}AF^{corr}$

mel in eo loco ubi Aquila constituitur, iterum autem ad eius signi regionem quod Procyon vocatur.

80 Duodecim signorum partes sic dividuntur: quinque circuli, de quibus supra diximus, ita finiuntur ut unusquisque eorum dividatur in partes duodecim et ita ex eorum punctis lineae perducantur, quae circulos significent factos, in quibus duodecim signa describantur. Sed a nonnullis imperitio-85 ribus quaeritur quare non aequis partibus circuli finiantur, hoc est ut de triginta partibus quinae partes dividantur et ita circuli pari ratione ducantur. Id facillime defendi posse confidimus: cum enim media sphaera divisa est, eius circuli nullus potest aequalis esse qui, quamvis proxime eum accedat, 90 tamen minor esse videatur. Itaque qui primum sphaeram fecerunt, cum vellent omnium circulorum aequas rationes esse, pro rata parte voluerunt significare ut quanto magis a polo discederetur, hoc minorem numerum partium sumerent in circulis metiendis; quo necesse his erat maiorem circulum 95 definire. Quod etiam ex ipsa sphaera licet intellegere: quanto magis a polo discedes, hoc maiores circulos fieri et hac re minorem numerum duci ut pares eorum videantur

78 eo] eius F | aquilo SNM aquila M^{corr} | autem *om.* Y *compl.* Y^{corr} || **79** signa S | procyron N pocyon R prochyon R^{corr} prochion Bη | appellatur η || **80** partes signorum AF | pars N || **82** XII partes RL || **83** producantur Z | qui B | quae ... quibus] quare non aequis partibus F | circulo A || **84** describatur R describantur R^{corr} | imperatoribus M imperitioribus M^{corr} || **85** finiant F || **86** ut de] unde A | quinque δZ | dividuntur W | ut *add. post* et δ || **87** ratione] diffinitione B | defendimus B defendi B^{corr} | posse defendi R | confidimus posse A || **88** circuli *om.* B *compl.* B^{sv} || **89** eum proxime R || **90** videtur R videatur R^{corr} || **91** cum vellent] convellent Y | aequales L aequas L^{sv} || **91-92** esse rationes AF || **92** parte *om.* Y | ut *om.* W || **93** disceretur NW | eo P^{sv}η tanto M^{sv} || **94** erat his Fδ | maiorem *om.* Y || **95** ex] de B | intelligi R intellegi R^{corr} || **96** quae *add. ante* quanto R | discedit R discedes R^{corr} | eo P^{sv}η tanto M^{sv} || **96-97** *post* fieri *add.* necesse M necesse est η || **97** numerum *bis scr.* B | partes R pares R^{corr} | viderentur A

effectus. Etsi non in triginta partes unumquodque hemisphaerium dividatur, sed in alias quotlibet finitiones, tamen eo ratio pervenit eius ac si triginta partes fecisset. 100

1,8 Zodiacus circulus tribus his subiectus de quibus supra diximus, ex quadam parte contingit aestivum et hiemalem circulum, aequinoctialem autem medium dividit. Itaque sol per zodiacum circulum currens neque extra eum transiens necessario cum signis his quibus innixus iter conficere videtur, pervenit ad eos quos supra diximus orbes et ita quattuor tempora definit. Nam ab Ariete incipiens ver ostendit et Taurum et Geminos transiens idem significat; sed iam capitibus Geminorum circulum aestivum tangere videtur et per Cancrum et Leonem transiens et Virginem aestatem efficit et rursus a Virginis extrema parte transire ad aequinoctialem circulum perspicitur; in Libra autem aequinoctium conficit et autumnum significare incipit. Ab hoc signo transiens ad Scorpium et Sagittarium, deinde protinus incurrit in hiemalem circulum et Capricorno, Aquario, Piscibus hiemem transigit. Itaque ostenditur non per tres ipsos circulos currere, sed zodiacum transiens ad eos pervenire. Sed quoniam de his rebus diximus, nunc terrae positionem definiemus et mare, quibus locis interfusum videatur, ordine exponemus. 105 110 115

98 affectus Y | in *om.* F *compl.* F[sv] || **99** aliis S | quaslibet ABZ | et *add. ante* finitiones W | finiones B finitiones B[corr] || **99-100** ea ratione A || **100** pervenit ratio η || **1,8** *Deest* E | **101** De zodiaco *add. ante* Zodiacus B || **102** contigit NδY contingit B[corr] || **102-103** circulum et hiemalem δ || **103** medium *om.* δ *compl.* B[sv] | sol *om.* NA || **104** currens *om.* δ || **105** quibus his signis B signis his quibus B[corr] | facere Y || **106** et] tamen A | in *add. ante* quattuor F || **107** definivit NF | ab *om.* A || **108** significant W || **109** per *om.* P || **110** et Virginem *om.* AF *compl.* F[sv] | fecit L efficit L[corr] || **111** a *om.* RB *compl.* R[corr]B[sv] | transire *om.* F *compl.* F[sv] | ad *om.* Y || **112** perficit R conficit R[sv] || **114** scorpio L scropium F scorpium L[sv]F[sv] | sagittarum Y sagittarium Y[corr] | in *om.* B *compl.* B[sv] || **115** a *add. ante* capricorno δ | et *add. ante* piscibus F || **116** transiit S | IIII R III R[corr] | circulos *om.* AF *compl.* F[sv] || **117** per *add. ante* zodiacum W || **118** propositionem SNMP positionem M[corr] | definiamus S definiemus S[corr] || **119** mare] quare F

120 Terra mundi media regione collocata, omnibus partibus 1,9
aequali dissidens intervallo, centrum obtinet sphaerae; hanc
mediam dividit axis in dimensione totius terrae. Oceanus
autem regione circumductionis sphaerae profusus prope totius orbis alluit fines; itaque et signa occidentia in eum de-
125 cidere existimantur. Sic igitur et terras contineri poterimus
explanare: nam quaecumque regio est quae inter arcticum et
aestivum finem collocata est, ea dividitur trifariam, e quibus
una pars Europa, altera Asia, tertia Africa vocatur. Europam
igitur ab Africa dividit mare ab extremis Oceani finibus et
130 Herculis Columnis; Asiam autem et Libyam cum Aegypto
disterminat os Nili fluminis, quod Canopicum appellatur.
Asiam ab Europa Tanais dividit bifariam se coniciens in paludem quae Maeotis appellatur. Hac igitur definitione facile
pervidetur mare omnibus adiectum finibus terrae; sed ne vi-
135 deatur nonnullis mirum, cum sphaera in sexaginta partes dividatur ut ante diximus, quare definimus ab aestivo circulo
ad arcticum finem dumtaxat habitari, sic vel optime defendimus: sol enim per mediam regionem sphaerae currens ni-

1,9 *Deest* E *usque ad* non habitatur | **120** De terra *add. ante* terra B *LeBœu.* || **121** aequalis L aequali L^{corr} | discedens L discidens Y dissidens L^{corr} || **121-123** hanc ... sphaerae *om.* RP *compl.* $R^{corr}P^{corr}$ || **121-122** ac mediam L ac medium L^{corr} hanc mediam L^{sv} || **122** dimensio M dimensione M^{corr} || **123** e *add. ante* regione R^{corr} *om.* R^{corr2} | oceanus *add. post* profusus RP *om.* $R^{corr}P^{corr}$ || **124** ad A || **125** continere Aη | poterimus continentur L poterimus continuo L^{sv} continere (-ri *corr.*) poterimus L^{mg} || **127** trifagiam N trifarie AFδ || **128** Africa (Affr- δ) tertia Asia M^{sv}Pδ | tertia *om.* R *compl.* R^{corr} || **129** dividit ab Africa F | ab] in R^{sv} | oceani *om.* A oceanis Y oceani Y^{corr} || **130** Columnae A | vero M^{sv}P || **131** Nilus R Nili R^{corr} || **132** Asiam] Africam R | Tanus N Tanaus N^{corr} | conficiens αLFδη || **133** Motis F || **134** adiectum omnibus L | obiectum M^{corr}RPη | terrae finibus R || **135** partibus A || **136** diximus *om.* L *compl.* L^{mg} | definivimus (diff- PZ^{corr}) RPAFYZ^{corr} *LeBœu.* de finibus N || **137** finem *om.* F || **138** medium L mediam L^{corr} | sphaerae regionem δ

mium his locis efficit fervorem. Itaque, qui finis est ab aes-
tivo circulo ad hiemalem, ea terra a Graecis διακεκαυμένη 140
vocatur, quod neque fruges propter exustam terram nasci ne-
que homines propter nimium ardorem durare possunt; extre-
mae autem regiones sphaerae duorum circulorum, quorum
alter boreus, alter notius vocatur, fine arctici circuli et eius
qui antarcticus vocatur, non habitantur, ideo quod sol ab his 145
circulis semper est longe ventique assiduos habent flatus.
Quamvis enim sol perveniat ad aestivum circulum, tamen
longe ab arctico videbitur fine. Id ita esse hinc quoque licet
intellegere: cum enim sol pervenit ad eum circulum qui hie-
malis vocatur et efficiat nobis qui prope eum sumus consti- 150
tuti nimium frigus, quid arbitramur eis locis frigoris esse qui
longius etiam absunt a nobis? Quod cum in hac parte sphae-
rae fiat, idem in altera parte definitum putavimus, ideo quod
similes eius sunt effectus. Praeterea hinc quoque intellegi-
mus illic maximum frigus et in aestivo circulo calorem esse 155
quod quae terra habitatur, eos tamen videmus qui proxime
sunt arcticum finem uti bracis et eius modi vestitu, qui au-

139 his *om.* R *compl.* R^{corr} is N | effecit N | quae αFδη *LeBœu.* || **140** a Graecis terra δ terra a Graecis B^{corr} | diacaumene L diace caumenei W diace cacumen ei B diacecaumene ei B^{corr} || **141** appellatur Y | neque^{1}] non Z || **142** homine P homines P^{corr} || **142–143** propter ... regiones *om.* W || **143** duo A || **145** arcticus MA antracticos B antarcticus M^{corr}B^{corr} | habitatur SNMRLγY habitantur M^{corr} | eius B his B^{corr} || **145–147** ab his ... sol *om.* F || **146** est semper B | assiduos] quasi duos AEδ || **147** tunc RP tamen R^{sv}P^{sv} || **148** non *add. ante* longe δ | videtur A || **149** perveniat RF || **151** arbitremur R arbritamur N arbitramur R^{corr} | quae δ || **152** etiam *om.* N | parte sphaerae *om.* Z || **153** idem *om.* A id est E | alia L^{sv}γ altera F^{sv} | definitivum N | putamus RL^{corr}F || **154** sunt eius B | affectus Y || **155** in *om.* Y *compl.* Y^{sv} || **156** quia F quoniam η quae F^{corr} | tamen *om.* η | vidimus R videmus R^{corr} | proximi L || **157** sint SNMLF sunt M^{corr} | arcticum finem] arctico R arcticum P ad arcticum finem R^{corr}L arcticum finem P^{corr} | uti bracis *om.* P | modo Y modi Y^{corr} | vestituum SN vestitium M vestitu vestituum RP vestium AE vestitu vestium M^{corr}L^{mg}Fδη *LeBœu.*

tem proximi sunt aestivo circulo, eos Aethiopas et perusto corpore esse. Habitatur autem sic temperatissimo caelo cum
160 inter aestivum circulum et arcticum finem haec perveniat temperatio, quod ab arctico circulo frigus, ab aestivo fervor exortus, in unum concurrens, efficit medium finem temperatum qui habitari possit. Itaque, cum sol ab eo loco discessit, hieme necessario conflictamur, quod ventum exorientem
165 non reverberat sol. Quod cum veniat in hac definitione, illud quoque fieri posse videmus, ut hiemali circulo nobis ad antarcticum finem habitari possit, quod pares eodem perveniant casus. Certum quidem esse nemo contendit neque pervenire eo potest quisquam propter interiectum terrae quae
170 propter ardorem non habitatur; sed cum videmus hanc regionem sphaerae habitari, illam quoque in simili causa posse constitui suspicamur.

158 sint αL sunt R[sv]P[sv]L[corr] | eos *om.* F | Aethypas R Aethyopas R[corr] | perustos Pη || **159** habitantur AE | sic *om.* W | temperantissimo RL || **160** pervenit A || **161** temparatio N temporatio P temperantia W[sv]B || **162** currens N | mediam finem temperatam αγδη *LeBœu.* || **163** quae αγδη *LeBœu.* | possit habitare W possit habitari W[corr]B | posset E possit E[corr] | discedit RF discesserit L || **163-167** itaque ... habitari possit *om.* AE || **166** posse fieri η || **167** habituri Z | eadem E | fine *add. post* eodem R | perveniat NAE || **168** certum quidem] certumque id η | non *add. ante* contendit AE || **169** iniectum RP interiectum R[corr]P[corr] || **170** habitur E habitatur E[corr]

LIBER SECVNDVS

PR. Sed quoniam quae nobis de terrae positione dicenda fuerunt et sphaeram totam definivimus, nunc quae in ea signa sint singillatim nominabimus; e quibus igitur primum duas Arctos et Draconem, deinde Arctophylaca cum Corona dicemus et eum qui Engonasin vocatur. Exinde Lyram cum Olore et Cepheo et eius uxore Cassiepia filiaque Andromeda et genero Perseo. Dicemus etiam protinus Aurigam, a Graecis Heniochum appellatum, Ophiuchum praeterea cum Aquila et Sagitta parvoque Delphine; inde Equum dicemus cum eo sidere quod Deltoton vocatur.

His corporibus enumeratis, ad duodecim signa perveniemus; ea sunt haec: Aries, Taurus, Gemini, deinde Cancer cum Leone et Virgine, praeterea Libra, dimidia pars Scorpionis, et ipse Scorpius cum Sagittario et Capricorno; Aquarius autem cum Piscibus reliquas habet partes.

His enumeratis, suo ordine est Cetus cum Eridano flumine et Lepore, deinde Orion cum Cane et eo signo quod

LIBER SECVNDVS. **1** dicende L dicenda L^{corr} | dicenda positione W positione dicenda W^{corr} || **2** fuerant EF | signa *om.* F *compl.* F^{corr} || **3** sunt LBY | singulatim Bη || **3-4** duos (duas L^{corr}) primum L || **4** duos B || **5** dicimus αF | ceteum (-th- F) PF et eum $P^{corr}F^{corr}$ | Libram B Liram B^{corr} || **6** uxorem A | Casiepia W Casiopea Z | eius *add. post* filiaque δ || **7** genere AW | dicimus αY dicemus R^{corr} || **8** Ephiuchum *add. post* appellatum N *om.* N^{corr} || **9** Delphino (-fi- R) SMR Delfine R^{corr} | dicimus α dicemus R^{corr} || **11** adnumeratis F | pervenimus αLη perveniemus R^{corr} || **12** haec *om.* B *compl.* B^{corr} | deinde *om.* W || **13** et *om.* SNMRγ *compl.* $M^{corr}F^{corr}$ | et *add. post* Libra LY || **15** autem *om.* SP || **16** Eridiano F Eridano F^{corr}

Procyon vocatur, praeterea est Argo cum Centauro et Ara, deinde Hydra cum Pisce qui notius vocatur. Horum omnium 20 non inutile videtur historias proponere, quae certe aut utilitatem ad scientiam, aut iucunditatem ad delectationem afferent lectori.

Igitur, ut supra diximus, initium est nobis Arctos maxima. Hanc autem Hesiodus ait esse Callisto nomine, Lycaonis filiam eius qui in Arcadia regnavit, eamque studio venationis inductam ad Dianam se applicuisse; a qua non mediocriter esse dilectam propter utriusque consimilem naturam. Postea autem ab Iove compressam, veritam Dianae suum dicere eventum, quod diutius celare non potuit; nam 30 iam utero ingravescente, prope diem partus in flumine corpus exercitatione defessum cum recrearet, a Diana cognita est non conservasse virginitatem. Cui dea pro magnitudine suspicionis non minorem retribuit poenam. Erepta enim facie virginali, in ursae speciem est conversa, quae Graece 35 ἄρκτος appellata, in ea figura corporis Arcada procreavit. 2,1

Sed, ut ait Amphis comoediarum scriptor, Iuppiter simula-

18 Procyron N | Argo cum *om.* R *compl.* R^corr | arva N Ara N^corr || 20 utile Mγη inutile M^corr F^corr | postponere EF proponere F^corr || 20-21 ad scientiam aut utilitatem B aut utilitatem ad scientiam B^corr || 21 ad²] aut B ad B^corr | affert (ad- EF)γ afferrent BY afferunt Z adferint F^corr afferent B^corr || 23 *Titulum add.* De Maiore Arcturo SL De Arcturo Maiore RB (*post* maxima *in* B) Figura Arcturi Maioris A Fabula Arctorum η | maxime R maxima R^corr || 24 Calisto SNMPLγWη Calixto B | Lyaconis R Lycoonis L Lycaonis L^corr || 25 Archadiam F || 26 non *om.* A || 27 dilectam esse δ | dilectum M dilectam M^corr | praeter A || 28 compressa LF^corr | verita LF^corr | est *add. post* verita L || 28-29 Dianae dicere suum Y dicere Dianae suum Z || 29 posset E || 30 ingravescente utero δ | intumescente γ | partis R partus R^corr | corpus in flumine η || 31 defensum N defessum N^corr || 32 servasse RLγ observasse δ | dea *om.* RP *compl.* R^corr P^corr || 33 tribuit Z | facit M facile Y facie M^corr || 34 est *om.* Z || 34-35 ἄρκτος Graece δ || 35 appellatur γ | Arcadum R || 36 ait *om. et* dicit *add. post* scriptor R | scriba AE | similatus P

tus effigiem Dianae, cum virginem venantem ut adiutans persequeretur, amotam a conspectu ceterorum compressit. Quae rogata a Diana quid ei accidisset quod tam grandi utero videretur, illius peccato id evenisse dixit; itaque prop- 40 ter eius responsum in quam figuram supra diximus eam Diana convertit. Quae cum in silva ut fera vagaretur, a quibusdam Aetolorum capta ad Lycaonem pro munere in Arcadiam cum filio est deducta; ibi dicitur inscia legis in Iovis Lycaei templum se coniecisse, quam confestim filius est se- 45 cutus. Itaque, cum eos Arcades insecuti interficere conarentur, Iuppiter memor peccati ereptam Callisto cum filio inter sidera collocavit, eamque Arctum, filium autem Arctophylaca nominavit, de quo posterius dicemus.

Nonnulli etiam dixerunt cum Callisto ab Iove esset com- 50 pressa, Iunonem indignatam in ursam eam convertisse; quam Dianae venanti obviam factam ab ea interfectam et postea cognitam inter sidera collocatam. Sed alii dicunt, cum Callisto Iuppiter esset in silvam persecutus, Iunonem suspicatam id quod evenit contendisse, ut eum manifesto diceret 55 deprehendisse; Iovem autem, quo facilius suum peccatum tegeretur, in ursae speciem conversam reliquisse; Iunonem autem in eo loco pro virgine ursam invenisse, quam Dianae venanti, ut eam interficeret, demonstrasse; quod factum ut

37 adiuvans γ Y^corr || 38 amota N | ceterarum RAη ceterorum R^corr || 39 rogitata L rogata L^corr | quid] quod Z | quod] quam N || 40 id illius peccato B || 41 supra diximus figuram η | superius R || 42 Diana *om.* Z Dianam N Diana N^corr || 43 Aethelorum δ | Lyconem W Licaonem W^corr | in *om.* PW || 44 est *om.* AE | educta Z | ibique A | iocis B iovis B^corr || 45 se *om.* W | est filius B | secutus est P || 47 erepta EF | Calisto PLγWη Calixto B || 49 docebimus η || 50 Calisto PLγη Calixto B || 51 eum B || 53 iter E inter E^corr | locatam δ || 54 Calisto PLγWη R^corr Calixto B | Iuppiter *om.* Z | silva AEZ || 55 manifeste PL manifestum A || 56 quod R quo R^corr | peccatum suum η | tergeretur Z || 57 Iovem F Iunonem F^corr || 57–58 Iunonem ... invenisse *om.* L *compl.* L^corr || 58 eodem F | ursa E | venisse R invenisse R^corr | quamque R

60 perspiceretur Iovem aegre tulisse, effigiem ursae stellis figuratam constituisse.

Hoc signum, ut complures dixerunt, non occidit et qui volunt aliqua de causa esse institutum negant Tethyn, Oceani uxorem, id recipere, cum reliqua sidera eo perveniant in oc-
65 casum, quod Tethys Iunonis sit nutrix, cui Callisto succubuerit ut paelex.

Araethus autem Tegeates historiarum scriptor non Callisto, sed Megisto dicit appellatam et non Lycaonis, sed Cetei filiam, Lycaonis neptem, praeterea Cetea ipsum Engonasin
70 nominari. Reliqua autem superioribus conveniunt; quae res in Nonacri monte Arcadiae gesta demonstratur.

2,2 Arctus Minor. Hanc Aglaosthenes qui Naxica conscripsit ait Cynosuram esse, unam de Iovis nutricibus ex Idaeis nymphis; ab eius quoque nomine et urbem quae Hys-
75 toe vocatur, a Nicostrato et sodalibus eius constitutam, et portum qui ibi est et agri maiorem partem Cynosuram appellatam; hanc autem inter Curetas fuisse qui Iovis fuerunt administri.

Nonnulli etiam Helicen et Cynosuram nymphas esse Iovis
80 nutrices dicunt et hac re etiam pro beneficio in mundo collo-

60 haec retulisse AE || **62** ut *om.* A | quam plures P cum plures Y | dixere A | occidet Y occidit Y^{corr} | et] ut SNMRδF^{sv} et M^{corr}R^{corr}B^{corr} *om.* P || **63** esse *om.* P *compl.* P^{corr} | constitutum L | institutum esse γL^{sv} || **63-64** uxorem Oceani η || **65** Calisto SLγWη Calixto B | subcubuerat N succumberit E subcubuerit N^{corr} || **66** supellex F pelex F^{corr} || **67** Araethus *edd.*] Ariethus (-tus Aη) *codd.* | Theiates L | Calisto SLγWη Calixto B || **68** appellatam dicit η || **68-69** sed ... Lycaonis *om.* L *compl.* L^{corr} || **69** Lycaonis R | neptam E | propterea P praeterea P^{corr} || **71** Nonagri L Onacri Y Nonacri L^{corr} | declaratur L demonstrantur FB demonstratur F^{corr}L^{sv} || **72** *Titulum add.* De Minore Arcturo S De Arcturo Minore RLB Figura Arcturi Minoris A | Aglaosthenes *edd.*] Glosthenes (-te- MRPη) αL^{corr}γδη Glothenes L Aglostenes R^{corr}P^{corr} | Navica Y || **73** ex B || **74** Histoe SNMPδη Istoe RAE || **77** Curetas] curas se A | ministri LR^{corr}F^{corr} administri L^{corr}

catas et utrasque Arctos appellatas esse, quas nostri Septen-
triones dixerunt, sed maiorem Arctum complures plaustri si-
milem dixerunt et ἅμαξαν Graeci appellaverunt. Cuius haec
memoriae prodita est causa: initio qui sidera perviderunt et
numerum stellarum in unaquaque specie corporis constitue- 85
runt non Arctum, sed Plaustrum nominaverunt, ut ex septem
stellis duae quae pares et maxime in uno loco viderentur pro
bubus haberentur, reliquae autem quinque figuram plaustri
simularent. Itaque et quod proximum huic est signum Boo-
ten nominari voluerunt, de quo posterius plura dicemus. 90
Aratus quidem non hac re Booten nec illud Plaustrum di-
cit appellari, sed quod Arctus videatur ut plaustrum circum
polum qui boreus appellatur versari et Bootes agitare eam di-
catur; in quo non mediocriter videtur errare. Postea enim de
septem stellis, ut Parmeniscus ait, quinque et viginti sunt a 95
quibusdam astrologis constitutae ut ursae species non sep-
tem stellarum perficeretur. Itaque et ille qui antea plaustrum
sequens Bootes appellabatur Arctophylax est dictus et isdem
temporibus quibus Homerus fuit haec Arctus est appellata

81 esse *om.* η || **82** arcturum F | plaustro P || **82-83** sed ... dixerunt *om.* L *compl.* L^{corr} || **83** esse *add. post* similem F *om.* F^{corr} | maxan M anaxan Rδη amaxan M^{corr} | Graece η || **84** in *add. ante* initio M^{sv}L^{corr} γη | ab his *add. ante* qui L | praeviderunt AE || **85** unaquaeque Rδ unaquaque R^{corr}B^{corr} || **86** et *add. post* constituerunt *codd.* | non *om.* N | et *add. post* nominaverunt F^{corr} | ut *ex Fitzw. 165 et Pal. 1363*] *om. codd.* quod *Bu.* | haec R ex R^{corr} || **87** quae *om.* R^{corr} | partes RPF pares R^{corr}F^{corr} pariles L^{corr} | *post* et *add.* ex S quod R ex eis L eius γ (*om.* E^{corr}) || **88** plaustri *om.* δ *compl.* B^{corr} || **89** similarent M^{corr}Aδη | quod *om.* Y || **90** nominari] appellare LB || **91** Aractus N Arctus R Aratus R^{corr} | autem R | re *om.* L *compl.* L^{corr} | nomina B nec illud B^{corr} || **92** quod *om.* A | circa Lγ circum L^{corr} || **93** boreas N | Boetes A | eam agitare η | eum B || **94** non *om.* A | autem M^{corr}Pη | ad N || **95** Parminiscus δ | XXX F | sunt *om.* RA *compl.* R^{corr} || **96** ut] et δ ut B^{corr} || **97** numero *add. post* stellarum LF^{corr} | proficeretur N | illa F ille F^{corr} | antea *om.* E || **98** appellatur NLAEF^{corr}W appellabantur R appellabatur R^{corr}W^{corr}

100 de Septentrionibus. Ille enim dicit hanc utroque nomine et Arctum et Plaustrum appellari, Booten autem nusquam meminit Arctophylaca nominari.

Incidit etiam compluribus erratio quibus de causis minor Arctus φοινικική appelletur et illi qui hanc observant verius 105 et diligentius navigare dicantur, quare, si haec sit certior quam maior, non omnes hanc observent. Qui non intellegere videntur de qua historia sit profecta ratio ut φοινικική appellaretur. Thales enim Milesius, qui diligenter de his rebus exquisivit et hanc primus Arctum appellavit, natione fuit Phoe-110 nix ut Herodotus dicit; igitur omnes qui Peloponnesum incolunt priore utuntur Arcto, Phoenices autem quam a suo inventore acceperunt observant et hanc studiosius perspiciendo diligentius navigare existimantur et vere eam ab inventoris genere φοινικικήν appellant.

115 Serpens. Hic vasto corpore ostenditur inter duas Arctos 2,3

100 de septentrionibus *om.* L || **101** appellari] nominari η | Boteas NAE Bootis Fδ Bootem F[corr] | nusquam *om.* B || **102** nominare A || **103** enim L autem enim F | cum pluribus η || **104** φοινικική *ex* phoenicice (-cae N) SN] phoenice (Phe- Lγδη, -cae MP[corr]) MP[corr]Lγδη *LeBœu.* phonicae P | appellatur SRPB appellaretur N appelletur S[corr] R[corr]P[corr] | et] ut R[corr] | conservant F | veris B venus Y verius B[corr] Y[corr] || **105** dicuntur η | et *add. ante* quare F *om.* F[corr] || **106** observant R[corr]Fδ conservent Z || **107** videantur N | quali δ | φοινικική *ex* phoenicice S] phoenice (phe- RLFδη fe- AE -cae N) NMRPLγδη *Le Bœu.* | appelletur γδη appellaretur F[corr] || **108** Milesius *post* Herodotus *codd.* | de *add. ante* qui W | de his rebus *om.* δ || **109** artum A | ratione N | phonix P phoenix P[corr] || **110** Peloponnesum] Peloponnensum N Poloponesisum P Peloponensum LAEδY Peloponeisum P[corr] Peloponessem F Peloponessum F[corr]Y[corr] || **111** priorem N | autem *om.* L | quam *om.* AE || **112** et *add. post* acceperunt γ *om.* F[corr] | perspiciendum N perficiendo E || **113** diligentius *om.* P *compl.* P[corr] | eum L | inventoribus R inventoris R[corr] || **114** φοινικικήν *ex* phoenicicem SR] phoenicen (phe- γWη foe- L -cem NL) NMPLγWη *LeBœu.* phenice B phoeniciem N[corr] || **115** *Titulum add.* De Serpente SRLBZ Figura Serpentis A Fabula de Serpente Y | duos γ

collocatus. Qui dicitur aurea mala Hesperidum custodisse et ab Hercule interfectus, ab Iunone inter sidera collocatus, quod illius opera Hercules ad eum est profectus; qui hortum Iunonis tueri solitus existimatur. Ait enim Pherecydes, Iunonem cum duceret Iuppiter uxorem, Terram venisse ferentem (120) aurea mala cum ramis; quae Iunonem admiratam petisse a Terra ut in suis hortis sereret, qui erant usque ad Atlantem montem. Cuius filiae cum saepius de arboribus mala decerperent, Iuno dicitur hunc ibi custodem posuisse.

Hoc etiam signi erit quod in sideribus supra eum draco- (125) nem Herculis simulacrum ostenditur, ut Eratosthenes demonstrat; quare cuivis licet intellegere hunc maxime draconem dici. Nonnulli etiam dixerunt hunc draconem a Gigantibus Minervae obiectum esse, cum eos oppugnaret; Minervam autem arreptum draconem contortum ad sidera (130) iecisse et ad ipsum axem caeli fixisse; itaque adhuc eum implicato corpore videri ut nuper ad sidera perlatum.

2,4 Arctophylax. De hoc fertur ut sit Arcas nomine, Callistus et Iovis filius, quem dicitur Lycaon, cum Iuppiter ad eum in hospitium venisset, cum alia carne concisum pro (135) epulis apposuisse; studebat enim scire si deus esset qui suum hospitium desideraret. Quo facto non minore poena est affectus; nam statim Iuppiter, mensa proiecta, domum eius

117 ab²] et L ‖ **118** audiens *add. post* Hercules L | est *om.* M^{corr}PY | profectus est R ‖ **119** tueri] custodiri L | enim *om.* B *compl.* B^{corr} | Phercides W Pherepecides B Pherecides B^{corr} ‖ **120** diceret M duceret M^{corr} | invenisse M^{corr}PFδη ‖ **122** Terram F Terra F^{corr} | sereret hortis δ | ad *om.* AE | Athlatem L Athalantam Y Athlantem L^{corr} ‖ **123** saepe L ‖ **127** quodvis αγ *LeBœu.* quod vos δ *om.* R^{corr}η ‖ **130** arreptam NAE | ad sidera contortum P ‖ **131** implicito M^{corr}Bη implicato B^{corr} ‖ **132** eum *add. post* videri B *om.* B^{corr} | ut] et SNRF ut R^{corr} | perlatus L perlatum L^{corr} ‖ **133** *Titulum add.* De Arctophilace (Arto- D) LBη Figura Arctophylacis A | Calistu S Calistus M^{corr}PEF Calistoi L Calistois L^{corr} Calistos W Calixtos B Calisto η ‖ **134** Iovi F Iovis F^{corr} | quem] quidem N ‖ **137** desiderasset B | est *om.* L

fulmine incendit, ipsum autem in lupi figuram convertit. At
140 pueri membra collecta et composita in unum dedit cuidam
Aetolorum alendum; qui adulescens factus, in silvis cum venaretur, inscius vidit matrem in ursae speciem conversam,
quam interficere cogitans persecutus est in Iovis Lycaei templum quo ei qui accessisset mors poena erat Arcadum lege.
145 Itaque, cum utrumque necesse esset interfici, Iuppiter eorum
misertus ereptos inter sidera collocavit, ut ante diximus; hic
autem e facto sequens Vrsam perspicitur et Arctum servans
Arctophylax est appellatus.

Nonnulli hunc Icarum, Erigones patrem, dixerunt, cui
150 propter iustitiam et pietatem existimatur Liber Pater vinum
et vitem et uvam tradidisse, ut ostenderet hominibus quomodo sereretur et quid ex eo nasceretur et, cum esset natum,
quomodo id uti oporteret. Qui cum sevisset vitem et diligentissime administrando floridam facile fecisset, dicitur hircus
155 in vineam se coniecisse et quae ibi tenerrima folia videret
decerpsisse; quo facto Icarum animo irato tulisse eumque interfecisse et ex pelle eius utrem fecisse ac vento plenum
praeligasse et in medium proiecisse suosque sodales circum
eum saltare coegisse. Itaque Eratosthenes ait: Ἰκαρίου ποσὶ
160 πρῶτα περὶ τράγον ὠρχήσαντο.

139 flumine Y | figuram] figuratum N | vertit P convertit P^{corr} || **141** Aethelorum δ | cum in silvis δ | silvas NF || **142** matrem inscius vidit δ | specie R || **144** ei] et αLFδη ei B^{corr} *om.* R^{corr} | accusasset R accessit B accessisset B^{corr} || **146** hoc LF^{corr} || **147** e *om.* L | sequens e facto F sequens facto F^{corr} || **149** Icarium SNMδ Icarum $M^{corr}B^{corr}$ | Eregiones S Erigonis MRLγδη || **150–151** vitem et vinum δ || **152** sereretur *om.* P *compl.* P^{corr} | quod Z | ab B | ea γ | et] ut N | cum *om.* SNRPL *compl. post* esset P^{corr} ut R^{corr} | notum RPL natum $R^{corr}P^{corr}$ || **153** id *om.* γ | uti eo η || **154** reddidisset facile R fecisset facile AE || **155** *post* se *add.* felicem A facile EF | videretur R viderit L viderentur R^{corr} || **156** decerpisse SNMPEFBη decerpsisse $F^{corr}Z^{corr}$ | factum N | Icarium (Icha- A) SNMAδ Icarum $M^{corr}B^{corr}$ | iratum A || **157** plenam F plenum F^{corr} || **158** perligasse AEB | circa AB || **159** saltasse N salutare Y | Itaque ... ait *om.* AE | Eratostheneas N Erasthotenes F Erathostenes F^{corr} || **159–160** Ἰκαρίου ... ὠρχήσαντο *Graecis litteris scripta in codd. om.* AE

Alii dicunt Icarum, cum a Libero Patre vinum accepisset, statim utres plenos in plaustrum imposuisse; hac re etiam Booten appellatum. Qui cum perambulans Atticorum fines pastoribus ostenderet, nonnulli eorum aviditate pleni novo genere potionis inducti somno consopiuntur atque alius aliam se in partem reiciunt, ut semimortua membra iactantes alia ac decebat loquebantur. Reliqui eorum arbitrati venenum ab Icaro datum pastoribus, ut eorum pecora abigeret in suos fines, Icarum interfectum in puteum deiecerunt, sed, ut alii demonstrant, secundum arborem quandam defoderunt. Qui autem obdormierant experrecti, cum se numquam melius quiescere faterentur ac requirerent Icarum ut pro beneficio munerarentur, interfectores eius, animi conscientia permoti, statim se fugae mandaverunt et in insulam Ceorum pervenerunt; a quibus ut hospites recepti domicilia sibi constituerunt.

At Erigone, Icari filia, permota desiderio parentis, cum eum non redire videret ac persequi conaretur, canis Icari, cui Maera fuerat nomen, ululans ut videretur obitum domini la-

161 Icarium (Icha- A) αAE Icarum $R^{corr}P^{corr}$ || **162** plaustro L | posuisse δ || **164** nam *add. ante* nonnulli N | aviditate *om.* F *compl.* F^{corr} || **165** atque] itaque B || **166** semimortui Z || **167** ac dicebant N ac cedebat A accedat E | horum γ || **168** Icario αAEY Icaro $R^{corr}P^{corr}$ | abiret R abigeret R^{corr} || **169** Icarium αAE Icarum $R^{corr}P^{corr}$ | proiecerunt R || **170** demonstrat alii Y demonstrant alii Y^{corr}Z | quandam *om.* S | sub arbore quadam R sub arborem quandam Y || **171** obdormierunt SNP Lγδ obdormierant P^{corr} | nusquam L || **172** quiescere melius η | Icarium αAE Icarum $M^{corr}R^{corr}P^{corr}$ || **173** muneraretur SRLF^{corr}δπ || **174** se *om.* F *compl.* F^{corr} fugae se L | mandaverunt] dederunt B | in *om.* L | Ceorum *Bu.LeBœu.*] eorum αLγδ Aetholorum P^{corr}η || **175** devenerunt P pervenerunt P^{corr} | ut hospites *om.* N | eorum *add. post* domicilia B *om.* B^{corr} | sibi *om.* F *compl.* F^{corr} || **177** Erigon R Erigone R^{corr} | Icarii αAE Icari $M^{corr}R^{corr}P^{corr}$ || **177-178** filia ... Icari *om.* E *compl.* E^{corr} || **178** redire non NFδ | Icarii αAE Icarum δ Icari $M^{corr}R^{corr}P^{corr}$ B^{corr} || **179** nomen Maera fuerat E nomen fuerat Maera F | domini *om.* L *compl.* L^{corr} | lacrimari AEδη

180 crimare rediit ad Erigonen, cui non minimam cogitatae mortis suspicionem ostendit; neque enim puella timida suspicari debebat nisi patrem interfectum, qui tot dies ac menses abesset. At canis vestem eius tenens dentibus perduxit ad cadaver; quod filia, simul ac vidit, desperata spe, solitudine ac
185 pauperie oppressa, multis miserata lacrimis, in eadem arbore qua parens sepultus videbatur suspendio sibi mortem conscivit. Cui canis mortuae spiritu suo parentavit. Nonnulli enim hunc in puteum se deiecisse dixerunt Anigrum nomine; quare postea neminem ex eo puteo bibisse memoriae tradi-
190 derunt. Quorum casum Iuppiter miseratus in astris corpora eorum deformavit. Itaque complures Icarum Booten, Erigonen Virginem nominaverunt de qua posterius dicemus; canem autem sua appellatione et specie Caniculam dixerunt, quae a Graecis, quod ante maiorem Canem exoritur, Pro-
195 cyon appellatur.

Alii hos a Libero Patre figuratos inter sidera dicunt. Interim cum in finibus Atheniensium multae virgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent, quod Erigone moriens erat precata ut eodem leto filiae Atheniensium afficerentur
200 quo ipsa foret obitura, nisi Icari mortem persecuti et eum forent ulti, itaque cum id evenisset ut ante diximus, petentibus

180 redit δZ | cogitare N || **181** ostendit] dedit L || **182** partem Y | diebus ac mensibus L^{corr} | ac menses *om.* B *compl.* B^{corr} | haberet D || **183** at] ut N | dentibus tenens F | perducit P || **184** ac] ut RL | sollicitudine L || **186** sepultus parens η | mortem sibi η || **187** spiritu suo parentavit mortuae F | enim *om.* η eum B enim B^{corr} || **188** hunc *om.* P hanc π | se *om.* B | duxerunt N | Anhigrum αL^{corr} Anhygrum F Hanigrum B || **189** neminem postea Aη || **190** misertus SNEFB miseratus E^{corr} B^{corr} || **190-191** eorum corpora E || **191** eorum *om.* L | plures P cum plures Y | Icarium αAEW Icarum $M^{corr}R^{corr}P^{corr}$ || **192** postea P || **193** autem *om.* AE | appellatione sua η | Canicula N | appellaverunt L || **194** qui L || **197** in *om.* NAη || **198** consciscerunt Z | Erigon R *om.* Y Erigone R^{corr} || **199** Atheniensium filiae η || **200** ipso E | abitura E obitura E^{corr} | Icarii αL Icari $M^{corr}R^{corr}P^{corr}$ | persecuta δ persecuti B^{corr} || **201** haec evenissent A haec venisset E | paenitentibus δ

eis Apollo dedit responsum, si vellent eventu liberare se, satisfacerent Erigone. Qui, quod ea se suspenderat, instituerunt uti, tabula interposita, pendentes funibus se iactarent ut qui pendens vento movetur; quod sacrificium sollemne insti- 205 tuerunt. Itaque et privatim et publice faciunt et id ἀλήτιδας appellant quod eam patrem persequentem cum cane, ut ignotam et solitariam oportebat, mendicam appellabant, quas Graeci ἀλήτιδας nominant. Praeterea Canicula exoriens aestu Ceorum loca et agros fructibus orbabat et ipsos morbo af- 210 fectos poenas Icaro cum dolore sufferre cogebat, quod latrones recepissent. Quorum rex Aristaeus Apollinis et Cyrenes filius, Actaeonis pater, petit a parente quo facto calamitate civitatem posset liberare; quem deus iubet multis hostiis expiare Icari mortem et ab Iove petere ut, quo tempore Cani- 215 cula exoriretur, dies quadraginta ventum daret qui aestui Caniculae mederetur. Quod iussum Aristaeus confecit et ab Iove impetravit ut etesiae flarent, quas nonnulli etesias dixe-

202 dedisset AE | eventu *om.* AE | liberaret S liberari M^{corr}RPδη *LeBœu.* | se *om.* RPη *LeBœu.* si M *om.* M^{corr} || **203** Erigoni RAF | suspenderat se δ | suspenderit Y | constituerunt A || **204** ut AE | tabella δ | pendentes *Scheff.Bu.LeBœu.*] pendente *codd.* | finibus M funibus M^{corr} | secarentur R sectarentur R^{corr} sectarent P se iactarent P^{corr} || **205** moveretur δ movetur B^{corr} | quod *om.* P | quo sacrificio solemni AE | sollemne (solem- Y) sacrificium η | instituerunt] imposuerunt AE || **206** publice et privatim η | aletidos SN adletidas L aletidas L^{corr} aletiois A aletidios E allethidas δ || **207** eandem A eadem E | ut *om.* P *compl.* P^{corr} || **208** et ... oportebat *om.* L *compl.* L^{corr} | ut *add. ante* oportebat R^{corr} | appellant SN | quos RA || **209** Graece SNMPL | elitidas P aletidas P^{corr} alecidas η | vocant F appellabant δ appellant η || **210** Ceorum *edd.*] eorum *codd.* || **211** Icario αAE Icaro R^{corr}P^{corr} || **212** cum *add. ante* recepissent R | Alisteus A | Apollonis R Apollinis R^{corr} | Cyrrenes N Cyrenis (Cire- η) RLAγη Cinenes B Cirenes B^{corr} || **213** Atheonis L | petet Z petiit *Bu.LeBœu.* || **214** possit η | expiari AE || **215** Icarii SNMRAE Icari M^{corr}R^{corr} | et *om.* δ et B^{corr} | ut ... tempore *om.* P *compl.* P^{corr} || **216** diebus XL R | quia M qui M^{corr} | aestu SNM aestum PLδ aestus η || **217** iustum F iussum F^{corr} | conficit SN || **218** etesias] heniauctas R

runt quod quotannis certo tempore exoriuntur; ἔτος enim
220 Graece annus est Latine. Nonnulli etiam etesias appellaverunt quod expostulatae sunt ab Iove et ita concessae, sed de hoc in medio relinquetur, ne nos omnia praeripuisse existimemur.

Sed ut ad propositum revertamur, Hermippus, qui de side-
225 ribus scripsit, ait Cererem cum Iasione, Electrae filio, concubuisse; quam ob rem fulmine percussum complures cum Homero dixerunt. Ex his, ut Petellides Gnosius, historiarum scriptor, demonstrat, nascuntur filii duo, Philomelus et Plutus, quos negant inter se convenisse; nam Plutum, qui ditior
230 fuerit, nihil fratri suo de bonis concessisse, Philomelum autem necessario adductum, quodcumque habuerit, ex eo boves duos emisse et ipsum primum plaustrum fabricatum esse; itaque arando et colendo agros ex eo se aluisse; cuius matrem inventa miratam ut arantem eum inter sidera consti-
235 tuisse et Booten appellasse. Ex hoc autem Parianta demonstrant natum qui de suo nomine Parios et oppidum Parion appellavit.

219 quae L | quotannis] annis SM^{corr} anni M quodannis NA | tempore certo η | ἔτος *Bu.*] heniauctos αL^{corr}Fδη heniactos L heniautos AE || **220** Latine annus est E | echnesias Y ethnesias Z || **222** hoc *om.* P *compl.* P^{corr} | relinquitur B relinquetur B^{corr} || **224** revertamur] redeamus η || **225** Iasione *Bu.LeBœu.*] Iasone αLγWB^{corr}η ausone B | Electrae *Bu.LeBœu.*] Loetis SPη Laetis MR Letis Nγδ Thetis L || **226** cum plures L complures L^{corr} || **227** et *add. ante* ex P | Pethellidas (Pae- SN) SNMRLδ Petelidas AE Pethellides M^{corr} || **229** se *om.* N | divitior SN MPγ || **230** autem *om.* P || **231** habuerunt Y || **231-232** duos boves η || **232** duo N | est *add. post* fabricatum Y || **233** esse *om.* M | itaque] idque γ itque W itaque F^{corr}W^{corr} | se ex eo η || **233-235** cuius ... appellasse *om.* M *compl.* M^{corr} || **234** miratam inventa M^{corr} | inventam iratam SRL inventa iratam N | inventum Y | miratam *om.* P *compl.* P^{corr} | eum *om.* γ || **235** autem *om.* L | Parianta *edd.*] Pareanta αγδZ Pareuntha L Parta W^{corr} Parenta Y | demonstrat η demonstrant Z^{corr} || **236** natum *om.* W *compl.* W^{corr} | Parion *edd.*] Paron *codd.* || **237** appellatum S | a Libero Patre inter sidera collocata *add. post* appellavit AE

2,5 Corona. Haec existimatur Ariadnes fuisse, a Libero Patre inter sidera collocata. Dicitur enim in insula Dia, cum Ariadne Libero nuberet, hanc primum coronam muneri ac- 240 cepisse a Venere et Horis, cum omnes dii in eius nuptiis dona conferrent. Sed, ut ait qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit cogitans Ariadnen comprimere, hanc coronam ei muneri dedit, qua delectata non recusavit condicionem. Dicitur etiam a Vulcano facta ex auro et Indi- 245 cis gemmis per quas Theseus existimatur de tenebris labyrinthi ad lucem venisse, quod aurum et gemmae in obscuro fulgorem luminis efficiebant.

Qui autem Argolica conscripserunt hanc afferunt causam, quod Liber, cum impetrasset a parente ut Semelen matrem 250 ab Inferis reduceret et quaerens ad eos descensionem ad Ar-

238 *Titulum add.* De Corona SRLδη Figura Coronae A | *Textus in* E *difficilis lectu est usque ad* miranda | existimatur *om.* N | Ariadnis R Ariadne A Aridianes F Adriadnes Wη Ariagnes B Ariadnes $R^{corr}F^{corr}$ Adriagnes B^{corr} | a] et R et a R^{corr} || **239** collocasse N | Diad F Diadi δY Diadrei Z Dia F^{corr} | dum A || **240** Ariadnes RLF^{corr} Adriadne PWZ Ariagne B Adriane Y Adriagne B^{corr} | Patre *add. post* Libero δ Patri *add. post* Libero B^{corr} | munere Aδ | accepisset F accepisse F^{corr} || **240–241** a veneratoris accepisse δ accepisse a venere ethoris $W^{corr}B^{corr}$ || **241** venerethoris (-to- NF) SNMPFη Venere RF^{corr} Venere et Thoris L^{corr} | dii in] deum N dein F dii in F^{corr} | nuptias Aη || **242** conferret Y conferrent Y^{corr} || **243** Minoia R Minora Y Minoa R^{corr} | Ariatne A Adriadnen (-em Z^{corr}) WZ^{corr} Ariagnen B Adrianem π Adriagnen B^{corr} || **244** munere MPLAFη pro munere Rδ | quia R qua R^{corr} || **245** stupri *add. post* condicionem $M^{corr}P^{corr}$δη | enim Lη autem δ | Vulgano A | facto Y | inductis B Indicis B^{corr} || **246** geminis η | per quas] quas SRP qua NL quibus R^{corr} | laborinthi P^{corr}W laberinthi (-ti Z) LFBη || **247** quo F quod F^{corr} | fulgurem N || **248** conficiebant S || **248–249** luminis … causam *om.* Y compl. Y^{corr} || **249** efferunt R afferunt R^{corr} || **250** quod *om.* Y *compl.* Y^{corr} | Pater *add. post* Liber B | cum *om.* A | imperasset δ impetrasset B^{corr} | Semelam αLγW *LeBœu.* | suam *add. post* matrem L || **251** educeret L || **251–254** ad Argivorum … descensionem *om.* L *compl.* L^{corr}

givorum fines pervenisset, obviam ei quendam factum nomine Polymnum, hominem dignum huius saeculi, qui petenti Libero descensionem monstraret; hunc autem, cum
255 vidisset puerum aetate miranda, corporis pulchritudine reliquis praestantem, mercedem petisse ab eo quae sine detrimento eius daretur; Liberum autem, matris cupidum, si eam reduxisset, iurasse quod vellet se facturum, ita tamen quod deus homini non pudenti iuraret. Pro quo Polymnus descen-
260 sum monstravit. Igitur, cum Liber ad eum locum venisset et vellet descendere, coronam quam a Venere muneri acceperat deposuit in eo loco qui Στέφανος est e facto appellatus; noluit enim secum ferre, ne immortale donum mortuorum tactu coinquinaretur. Qui cum matrem incolumem reduxis-
265 set coronam dicitur inter astra collocasse ut aeterna memoria nominis efficeretur.

Alii dicunt hanc coronam Thesei esse et hac re propter eum collocatam; nam qui dicitur in astris Engonasin, is Theseus esse existimatur, de quo posterius plura dicemus. Dici-
270 tur enim, cum Theseus Cretam ad Minoa cum septem virginibus et sex pueris venisset, Minoa de virginibus Eriboeam quandam nomine, candore corporis inductum, comprimere

252 quoddam A || **253** Ipolymnum SMR Ypolimnum (-nm- Y) Pη Hypolypnum LF Polypnum A Ipolimmum δ || **254** demonstraret η || **256** petisse mercedem E || **257** autem *om.* δ || **259** non pudenti] impudenti LF | pro *om.* αLγ | Polymnus *LeBœu.*] Ipolymnus SR Ypolymnus NM Ypolimnus (-nm- Y) PLη Polypnus A Hypolypnus E Hypolypmnus F Ypolimmus δ || **260** demonstravit η || **260-261** et vellet] velletque P || **261** descenderet F descendere F^{corr} | muneri *om.* L munere L^{corr}AEB || **262** e facto est Eη a facto est δ || **263** domum N || **264** matrem *om.* B *compl.* B^{corr} | reduxisset incolumem η || **265-266** nominis memoria η || **266** afficeretur SNMLAE efficeretur $M^{corr}L^{corr}$ || **268** collocata SNMδ collocatam M^{corr} | qui] cum S | Engonasis L | is *om.* F || **269** pulchra N plures R plura R^{corr} || **270** Graeciam (-tiam W) δ Cretam B^{corr} || **271** et sex ... virginibus *om.* E *compl.* E^{corr} | Ariboeam AE || **272** opprimere RP

voluisse; quod Theseus se passurum negaret, ut qui Neptuni filius esset, non valeret contra tyrannum pro virginis incolumitate decertare. Itaque, cum iam non de puella, sed 275
de genere Thesei controversia facta esset, utrum is Neptuni filius esset necne, dicitur Minos anulum aureum de digito sibi detraxisse et in mare proiecisse. Quem referre iubet Thesea si vellet credi se Neptuni filium esse; se enim ex Iove procreatum facile posse declarare. Itaque comprecatus pa- 280
trem petiit aliquid signi ut satisfaceret se ex eo natum statimque tonitru et fulgore caeli indicium significationis fecisse. Simili de causa Theseus sine ulla precatione aut religione parentis in mare se proiecit; quem confestim delphinum magna multitudo mari provoluta lenissimis fluc- 285
tibus ad Nereidas perduxit, a quibus anulum Minois et a Thetide coronam quam nuptiis a Venere muneri acceperat retulit, compluribus lucentem gemmis.

Alii autem a Neptuni uxore accepisse dicunt coronam; quam Ariadne Theseus dono dicitur dedisse, cum ei propter 290
virtutem et animi magnitudinem uxor esset concessa; hanc

273 *post* quod *add.* cum SRL | negare M negaret M^{corr} negarat P^{corr} | ut *om.* R^{corr} || **274** non *om.* R^{corr}δ | ipse *add. post* valeret L | contra *om.* N || **275** disceptare P decertare P^{corr} || **276** verum αL utrum M^{corr}P^{corr}L^{corr} | si *add. post* is R^{corr} || **277** fuisset E esset E^{corr} *om.* B | Minoys R Minos R^{corr} | anulum *om.* AE | aureum anulum δ || **278** detraxisset F detraxisse F^{corr} | mari γ | quae A | referre *om.* Y | Theseum δ || **279** credi se] credidisse SAE | filium Neptuni η || **280** cum precatus SNPLγδη tum precatus R || **281** petit αLF || **282** tonitrum MP tonitruum N | fulgorem SMP fulgurem N fulgure RF^{corr} | fecisse *om.* AE fecisset Z || **283** religione] regione E || **284** mari E || **285** levissimis δη || **286** Neridas W | Minos (My- AE) SAE nimis N || **286–287** a Thetide] e heside R e theside R^{corr} thesidae L a Thetidem Y || **287** munere PAE || **289** a *om.* LE *compl.* L^{corr} | coronae AE || **289–292** coronam ... Liberum *om.* L *compl.* L^{corr} || **290** quam *om.* αLγδ | Ariadni R Adne P Adriane L Adriadne WηL^{corr} Ariagne B Ariadne P^{corr} Adriagne B^{corr} || **291** magnitudinem animi η | concessa *om.* Lγ

autem post Ariadnes mortem Liberum inter sidera collocasse.

Engonasin. Hunc Eratosthenes Herculem dicit supra 2,6
295 Draconem collocatum, de quo ante diximus, eumque paratum ut ad decertandum, sinistra manu pellem leonis, dextra clavam tenentem: conatur interficere draconem Hesperidum custodem qui numquam oculos operuisse somno coactus existimatur, quo magis custos appositus esse demonstratur;
300 de hoc etiam Panyasis in Heraclea dicit. Horum igitur pugnam Iuppiter admiratus inter astra constituit; habet enim Draco caput erectum, Hercules autem dextro genu nixus sinistro pede capitis eius dextram partem opprimere conatur, dextra manu sublata ut feriens, sinistra proiecta cum pelle
305 leonis ut cum maxime dimicans apparet. Etsi, quis sit hic, negat Aratus quemquam posse demonstrare, tamen conabimur ut aliquid verisimile dicamus.

Araethus autem, ut ante diximus, hunc Cetea, Lycaonis filium, Megistus patrem dicit; qui videtur, ut lamentans filiam

292 autem *om.* E *compl.* E^corr^ | Ariadnis RA Adriadnes LW Ariatnis E Ariagnes B Adriadnis η Ariagnis B^corr^ || **294** *Titulum add.* De Engonasi RLWZ De Engonasin BY Figura Engonasin sive Herculis A | Herculum (Er- E) γ | dicit *om.* Y | contra γ || **295** dracones Y | collocatam Y | ante *add. ante* paratum F *om.* F^corr^ || **296** ad *om.* B *compl.* B^corr^ | pellem leonis sinistra manu P || **297** clavem FZ | ut *add. post* tenentem R^corr^ | conaretur ηL conatum η conatur M^corr^ conetur R^corr^ | draconem] leonem F | Hesperidem F Hesperidum F^corr^ || **298** operuisse oculos S | aperuisse NLAE operuisse L^corr^ || **299** appositum (adpo- E) AE || **300** etiam *scr. ante* in L | Panyasis *Bu.*] Panyastis (Pani- RPγδ) αLγδ Paniastes η | Erculea N Era dea Y | dixit η || **302** enim δ || **303** dextram *om.* S || **304** sublata] prolata P | sublata ut] sublevavit R sublevata ut R^corr^ || **305** cum *om.* R quam Lη tum R^corr^ | appareret R^corr^ A appareat η | qui sit αL *LeBœu.* sit qui W quis sit qui B qui Y quis Z quis sit P^corr^ | hoc δη hunc B^corr^ || **306** quemquam ut Aratus δ ut Aratus quemquam η | conabitur F conabimur F^corr^ || **307** verisimilis E || **308** Araethus *Bu.*] Ariethus (-tus AEZ) αLAEδη Aries F | autem *om.* SNMγ || **309** Megestus (-th- F) M^corr^RPF Megistus R^corr^ | dixit M dicit M^corr^

in ursae figuram conversam, genu nixus, palmas diversas 310
tendere ad caelum ut eam sibi restituant. Hegesianax autem
Thesea dixit esse qui Troezene saxum extollere videtur,
quod existimatur Aegeus sub eo saxo Ellopium ensem po-
suisse et Aethrae Thesei matri praedixisse ne ante eum Athe-
nas mitteret quam, sua virtute lapide sublato, potuisset gla- 315
dium patri referre. Itaque niti videtur ut quam altissime
possit extollat. Hac etiam de causa nonnulli lyram quae pro-
xima ei signo est collocata Thesei esse dixerunt, quod ut eru-
ditus omni genere artium lyram quoque didicisse videbatur.
Idque et Anacreon dicit: ἀγχοῦ δ' Αἰγείδεω Θησέος ἐστὶ 320
λύρη.

Alii autem Thamyrim a Musis excaecatum, ut supplicem
ad genua iacentem dicunt, alii Orphea a Thraciis mulieribus
interfici, quod viderit Liberi Patris initia. Aeschylus autem
in fabula quae inscribitur Προμηθεὺς λυόμενος Herculem 325
ait esse non cum Dracone, sed cum Liguribus depugnantem.
Dicit enim, quo tempore Hercules a Geryone boves abduxe-

310 figurae AE figura F | nixum αLAE nexo F || **311** Hegesianax *edd.*] Hegesienax SMRPLFδY Hesienax N Hegeslenax AE Heiesienax Z || **312** Tyzone A || **313** Hellopium P Ellepium γ Ellopeium Y | ense F | potuisse Y || **314** Aethrae Thesei] etresi A etressi E | ne] ut non B || **315** qua Y || **315–316** gladio putri (patri F) refervere γ || **316** ut *om.* αLγη *compl.* R^{corr} | altissimum Nγ || **317** *ante* extollat *add.* lapidem δ | de causa etiam L | lyram *om.* αLγ *compl.* P^{corr} | proxima] pro maxima Y || **318** ut] et δ || **319** omnium artium genere η | lyra SN || **320** id R | et *om.* δZ || **320–321** ἀγχοῦ … λύρη *Graecis litteris scripta in codd. om.* AE || **322** Thamurim R^{corr} Thamarin (-im E^{corr}F) AE^{corr}F Tamarim E Thamirum Z | a] in AE || **323** ienua R ianuam γ | autem *add. post* alii Y | Tharis AE || **324** interfectum R^{corr}L | Liberi Patris viderit B | Achilus L Aesculus W Eschius Y Aeschilus R^{corr} || **325** Prometheseus R | λυόμενος *edd.*] hyomenos (hi PFη) SMRPLγWη hymenos N || **326** ait *om.* AE | esse] autem AE | cum dracone] dracones Y | sed cum *om.* N || **327** Herculis R Hercule Z | a Ierione P Agenoride Z | adduxerit RAZ abduxerat L abstulerit δ abduceret Y

rit, iter fecisse per Ligurum fines; quos conatos ab eo pecus abducere manus contulisse et complures eorum sagittis con-
330 fixisse; sed postquam Herculem tela defecerint, multitudine barbarorum et inopia armorum defessum, se ingeniculasse, multis iam vulneribus acceptis, Iovem autem misertum filii curasse ut circum eum magna lapidum copia esset; quibus se Herculem defendisse et hostes fugasse; itaque Iovem simili-
335 tudinem pugnantis inter sidera constituisse.

Hunc etiam nonnulli Ixiona brachiis vinctis esse dixerunt, quod vim Iunoni voluerit afferre, alii Promethea in monte Caucaso vinctum.

Lyra inter sidera constituta est hac, ut Eratosthenes ait, 2,7
340 de causa, quod initio a Mercurio facta de testudine Orpheo est tradita qui Calliopes et Oeagri filius eius rei maxime studiosus fuit. Itaque existimatur suo artificio feras etiam ad se audiendum allicuisse. Qui querens uxoris Eurydices mortem

ΣHC_1C_2 (*ab* Lyra)

341 est *om.* HC_1C_2 | Opagri HC_1C_2 | erat *add. ante* filius HC_1C_2 || **342** fuit itaque *om.* HC_1C_2 || **343** audiendas HC_1C_2 | applicuisse (apli- H) HC_1C_2

328 iter fecisse] interfecisse N | contra *add. ante* quos η | conatis A conatus E | pecus ab eo η || **329** mani R manus R^{corr} | quam plures P | fixisse P || **330** Herculi RLAE | tela Herculem δ | deficerent R defecerunt LB defecerint B^{corr} || **331** barbarum P || **333** circa δ | copia lapidum R || **333-334** se Herculem] Hercules δ se Hercules η || **334** defendisset δη | fugasset WB^{corr}η fugisset B | similitudine R^{corr}W similitute B similitudinem B^{corr} || **336** Ixion A | vinctum F victis Y vinctis F^{corr} || **337** vi W | voluit L | adferri N inferre η || **338** Cancaso N Causaso E Caucaso E^{corr} | unctum W invictum Y || **339** *Titulum add.* de Lyra (Li- Lη) RLδη Figura Lyrae A | Libra B Lira B^{corr} | astra γ | collocata RB | Erasthothenes (-te- B) δ || **340** in *add. ante* initio Z | a] de B || **341** Caliopes S Calliopis Z | Oagri R Eoagri P Oegri EF^{corr}Y Eoegri F Eagri δ Oeagri R^{corr} || **342** fuit *om.* α LFδ | de M ad M^{corr} || **343** Eurydicis (-ri- LEBη) MRLAEBη Euridis F Eurydices M^{corr}

ad Inferos descendisse existimatur et ibi deorum progeniem suo carmine laudasse praeter Liberum Patrem; hunc enim 345 oblivione ductus praetermisit, ut Oeneus in sacrificio Dianam. Postea igitur Orpheus, ut complures dixerunt, in Olympo monte, qui Macedoniam dividit a Thracia, sed, ut Eratosthenes ait, in Pangaeo sedens, cum cantu delectaretur, dicitur ei Liber obiecisse Bacchas quae corpus eius discer- 350 perent interfecti. Sed alii dicunt, quod initia Liberi sit speculatus, id ei accidisse; Musas autem collecta membra sepulturae mandasse et lyram quo maxime potuerant beneficio, illius memoriae causa figuratam stellis inter sidera constituisse, Apollinis et Iovis voluntate, quod Orpheus 355 Apollinem maxime laudaret; Iuppiter autem filiae beneficium concessit.

Alii autem dicunt Mercurium, cum primum lyram fecisset

ΣHC_1C_2 (*usque ad* beneficium concessit *sed ab* Musas *ad* concessit H *difficilis lectu est*)

345 huius (uius H) HC_1C_2 || **346** ductus intermisit HC_1 intermisit ductus C_2 || **349** Pangae HC_1C_2 || **351** ut *add. ante* alii HC_1C_2 | a Libero C_2 || **353** quae HC_1C_2 | potuerant] potenterat at H portenterat at C_1 || **356** maxime Apollinem HC_1C_2 | filia C_1C_2 filiae C_2^{corr}

344 descendisse ad Inferos L | progeniem deorum F || **345** propter R praeter R^{corr} || **346** Eoneus R Oenus P Oepeus L Eneas L^{corr}AEB Oeneus (E- R^{corr}) $R^{corr}P^{corr}B^{corr}$ || **347** igitur] dicitur δ || **348** quod Y | Macedonia A | et *add. post* dividit F | Thraecia N || **349** Erastotenes F Erasthothenes W Arestotenes B | Pangaeo *edd.*] Pancaeo (-ceo γη) SNMR^{corr} Pγη Pancaheo R Panchaeo Lδ || **350** Liber ei B | Liberum L Liber L^{corr} || **351** interfici N | sit Liberi R || **352** et ob *add. ante* id R | ei id Z || **353** qua R^{corr} quod L quo L^{corr} | potuerunt NLAE potuerat P || **354** causam AE | figuram tam δ figuratam B^{corr} || **355** quorum αLδη quod $L^{corr}B^{corr}$ || **356** Apollonem B Apollinem B^{corr} | laudavit R^{corr} | autem *om.* P | filio MP^{corr}Fδη filiae M^{corr} | beneficio P || **358** item SNM enim L autem M^{corr}

in Cyllene monte Arcadiae, septem chordas instituisse ex
360 Atlantidum numero, quod Maia una ex illarum numero esset, quae Mercurii est mater. Deinde postea cum Apollinis boves abegisset, deprehensus ab eo, quo sibi facilius ignosceret, petenti Apollini ut liceret se dicere invenisse lyram concessit et ab eo virgulam quandam muneri accepit. Quam
365 manu tenens Mercurius, cum proficisceretur in Arcadiam et vidisset duos dracones inter se coniuncto corpore alium alium appetere, ut qui dimicare inter se viderentur, virgulam in utrumque subiecit; itaque discesserunt. Quo facto, eam virgulam pacis causa dixit esse constitutam.

370 Nonnulli etiam, cum faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initium Mercurio fuerat pacis; eius exemplo et in athleticis et in reliquis eiusmodi certationibus virgula utuntur. Sed ut ad propositum revertamur, Apollo, lyra accepta, dicitur Orphea docuisse et, postquam
375 ipse citharam invenerit, illi lyram concessisse.

359 Cillanae R Cyllane P Cyllene (-aenae R^{corr}) $R^{corr}P^{corr}$ Cylleno (Ci-δη) L^{corr}δη | statuisse AE | et AE || **360** Altantidum N Atlantum (-th- P) RP Athlandum E Adlantidum Fδ Athaltidum B Athlantidum $P^{corr}E^{corr}$ | nuro AE | una *om.* A || **361** mater est η | postea *om.* S || **362** abegisset boves δ | est *add. post* deprehensus δ *om.* B^{corr} | qui R quod AE quo R^{corr} || **363** a *add. ante* Apollini F | Apollo W Apolloni B Apollini B^{corr} | dicere liceret se Pδ diceret se γ liceret se Y || **364** virgultum N | munere F || **366** duo NMP duos P^{corr} | implicatos *add. post* dracones η | coniuncto *om.* Y || **367** alium *om.* Y | qui *om.* R || **368** in] inter η || **370** caduceos cum faciunt η cum caduceo P cum caduceos P^{corr} | duo NMP duos P^{corr} | implicitos Bη || **371** causa *add. post* pacis F *om.* F^{corr} || **372** exemplo eius Z | et^{1} *om.* L | in *om.* SNMPLγδη *LeBœu. compl.* L^{corr} | athleticis *edd.*] athletis SNRPLAFWY^{corr}Z atletis M adletis EB athetis Y athlete R^{corr} | et^{2} *om.* R^{corr} | in *om.* E | reliquis] alteris A | huiusmodi F eiusmodi F^{corr} || **373** utuntur virgula S | ut *om.* P | ad *om.* Y || **375** ipse *om.* γ ille R | concessit AE

Nonnulli etiam dixerunt Venerem cum Proserpina ad iudicium Iovis venisse, cui earum Adonin concederet; quibus Calliopen ab Iove datam iudicem, quae Musa Orphei est mater; itaque iudicasse uti dimidiam partem anni earum unaquaeque possideret; Venerem autem indignatam quod non 380 sibi proprium concessisset, obiecisse omnibus quae in Thracia essent mulieribus ut Orphea amore inductae ita sibi quaeque appeterent ut membra eius discerperent; cuius caput in mare de monte perlatum fluctibus in insulam Lesbum est reiectum; quod ab his sublatum et sepulturae est manda- 385 tum. Pro quo beneficio ad musicam artem ingeniosissimi existimantur esse; lyra autem a Musis, ut ante diximus, inter astra constituta est. Nonnulli aiunt, quod Orpheus primus puerilem amorem induxerit, mulieribus visum contumeliam fecisse; hac re ab his interfectum. 390

ΣHC_1C_2 (*usque ad* discerperent *sed usque ad* venisse H *difficilis lectu est*)

376 cum] quam C_1 | Proserpinam C_1 | iudicium ad C_1C_2 || **377** venisse *om.* C_1 | Adonium HC_1C_2 || **378** ad (a C_1C_2) Iove Calliopem (-pen C_2) HC_1C_2 || **379** itaque] eam HC_1C_2 | unaquaeque parum HC_1C_2 || **380–382** Venerem ... mulieribus] propter quod Venus irata mulieribus quae in Thracia (Tra- C_1C_2) sunt HC_1C_2 || **382** quibus Calliopem ... Thracia sunt *iter. post* sunt HC_1 || **382–383** ut Orphea ... discerperent] carpere dedit HC_1C_2

376 Venerem *om.* αLAEδ *scr. ante* dixerunt F *compl.* $P^{corr}L^{corr}$ | Proserpinam L cum Proserpina L^{corr} || **377** venisset RγB | cuius M quibus M^{corr} || **378** Calliope A | est Orphei Lη || **378–379** quae...iudicasse *om.* L *compl.* L^{corr} || **379** partim Y | anni *om.* Z | earum anni P | unaquaeque earum E || **380** autem] hoc F || **381** proprium sibi B | Thraecia N Traci R Tracia R^{corr} || **382** erant R | Orphei R | inducto F || **383** decerperent L || **384** mare de monte] mare de fonte AE maredem fonte F | Lesbum *om.* Z || **385** retectum Z reiectum Z^{corr} | sepultura RF sepulturae R^{corr} | est *om.* P esse R || **386** quo pro γ | ingeniosissime A || **387** autem] haec F | inter] in M || **388** constituta] collocata L | primus *om.* L primus L^{corr} || **389** visus L || **390** in *add. ante* hac S | ab his hac re δ

Olor. Hunc κύκνον Graeci appellant, quem complures 2,8
propter ignotam illis historiam communi genere avium ὄρνιν
appellaverunt. De quo haec memoriae prodita est causa: Iup-
piter, cum amore inductus Nemesin diligere coepisset neque
395 ab ea ut secum concumberet impetrare potuisset, hac cogita-
tione amore est liberatus. Iubet enim Venerem aquilae simu-
latam se sequi, ipse in olorem conversus ut aquilam fugiens
ad Nemesin confugit et in eius gremio se collocavit. Quem
Nemesis non aspernata, amplexum tenens, somno est conso-
400 pita; quam dormientem Iuppiter compressit, ipse autem avo-
lavit et, quod ab hominibus alte volans caelo videbatur, inter
sidera dictus est esse constitutus. Quod ne falsum diceretur,
Iuppiter e facto eum volantem et aquilam sequentem collo-
cavit in mundo. Nemesis autem, ut quae avium generi esset

ΣHC_1C_2

391 quam HC_1C_2 ‖ **393** memoria HC_1 ‖ **394** Nemesiam C_1 ‖ **395** secum concumberet] sui copiam faceret HC_1C_2 ‖ **397** olore HC_1 | ut ... fugiens] impetum aquilae vitans HC_1C_2 ‖ **398** quae HC_1C_2 ‖ **399** tenens] ens H eius C_1C_2 | consopitae HC_1 ‖ **400** quam ... ipse] et ab eo compressa iuppiter (iupi- H) HC_1C_2 ‖ **401** hominis H homines C_1 omnibus C_2 | alte] longe HC_1C_2 | caelo *om.* HC_1C_2 ‖ **402** constitutus *om.* HC_1C_2 ‖ **403** eum] cignum (cyg- H) HC_1C_2 ‖ **404** peperit quod est *add. ante* generi C_2 | esset *om.* HC_1C_2

391 *Titulum add.* De Olore δη De Cigno R^mg De Olore qui et Cignus L Figura Oloris id est Cigni A | Olorem A | Graeci *om.* δ *compl.* B^corr ‖ **392** avium ὄρνιν *om.* B ‖ **393** memoria SNAE ‖ **395** ut...concumberet] vi se cum non cumberet N | secum *om.* AE | impetrasse N ‖ **396** ab *add. ante* amore R | similatam MγWB^corr simulatam M^corr ‖ **397** seseque SNMRδ | conversum L convertit δ conversus L^corr ‖ **399** amplexu AE | consopita] composita Z ‖ **400** oppressit (opr- Z) η | autem *om.* W *compl.* W^corr | evolavit R avolavit R^corr ‖ **401** ab hominibus *om.* R *compl.* R^corr | ab *om.* L *compl.* L^corr ad N | omnibus MP | apte P alte P^corr ‖ **402** est *om.* Lδ *compl. ante* dictus L^corr | esse *om.* R | constitutus] collocatus η | falso R | videretur LW ‖ **403** hoc *add. ante* e R | eam SNMRLAE eum M^corr | consequentem P | locavit P ‖ **404** esse Z

iuncta, mensibus actis, ovum procreavit quod Mercurius auferens detulit Spartam et Ledae sedenti in gremium proiecit; ex quo nascitur Helena ceteras specie corporis praestans, quam Leda suam filiam nominavit. Alii autem cum Leda Iovem concubuisse in olorem conversum dixerunt; de quo in medio relinquemus. 405 410

2,9 Cepheus. Hunc Euripides cum ceteris Phoenicis filium, Aethiopum regem esse demonstravit, Andromedae patrem, quam ceto propositam notissimae historiae dixerunt; hanc autem Persea a periculo liberatam uxorem duxisse; itaque, ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque Cephea inter sidera superiores numerasse. 415

2,10 Cassiepia. De hac Euripides et Sophocles et alii complures dixerunt ut gloriata sit se forma Nereidas praestare.

ΣHC_1C_2 (*usque ad* filiam nominavit)

405 iuncta] tunc (th- C_1) HC_1C_2 | a *add. ante* mensibus HC_1C_2 | ovam C_2 | peperit HC_1 || **405-406** procreavit ... detulit *om.* C_2 || **407** nascitur] nata dicitur HC_1 nata esse dicitur C_2 | Helena ... praestans *om.* C_1 ceteras ... praestans *om.* HC_2 || **408** filiam] fiat C_1 | nominavit *om.* HC_1 dicit C_2

405 coniuncta A || **407** lena E Hedena B Helena B^{corr} | ceteris AE cetera R^{corr} | praestans corporis E || **408** quae AE | Ledam AE | familiam M filiam M^{corr} || **409** conversam R versum η conversum R^{corr} | esse *add. ante* dixerunt η || **410** medium AF | relinquamus η || **411** *Titulum add.* De Cepheo RLδη Figura Cephei A | Cepheum A Cephen B Cepheus B^{corr} | Erupides R Euripedes W Eripedes B Eripides Z Euripides $R^{corr}B^{corr}$ || **412** demonstravit esse W | esse *om.* B | monstravit R | Andromeden R Andromede R^{corr} || **413** positam F | novissimae P notissimae P^{corr} || **414** Perseum SMRPLFδη per se N | a periculo *om.* R periculis γ || **415** notum P totum P^{corr} | ipsum quoque] ipsumque γ | Cepheum R || **416** superiora R || **417** *Titulum add.* De Cassiepia RY De Cassipia L De Casiepia Z Figura Cassiephiae A | Cassiephia $LAE^{corr}F$ Cassepia P Casiepia Wη Cassiepia P^{corr} | Eurupides R Euripedes δ Euripides R^{corr} | Sophodes R Phocles A Phodes E Sophocles R^{corr} | et alii *om.* R *compl.* R^{corr} | plures γ cum plures Y || **418** ut...se *om.* N | forma Nereidas] manere idas N

Pro quo facto inter sidera sedens in siliquastro constituta est;
420 quae propter impietatem, vertente se mundo, resupinato capite ferri videtur.

Andromeda. Haec dicitur Minervae beneficio inter astra collocata propter Persei virtutem, quod eam ceto propositam periculo liberarat. Nec enim ab ea minorem animi be- 2,11
425 nevolentiam pro beneficio accepit; nam neque pater Cepheus neque Cassiepia mater ab ea potuerunt impetrare quin parentes ac patriam relinquens Persea sequeretur. Sed de hac Euripides hoc eodem nomine fabulam commodissime scribit.

430 Perseus. Hic nobilitatis causa et quod inusitato genere concubitionis esset natus, ad sidera dicitur pervenisse. Qui missus a Polydecte, Magnetis filio, ad Gorgonas, a Mercurio qui eum dilexisse existimatur talaria et petasum accepit, praeterea galeam qua indutus ex adverso non poterat videri. 2,12
435 Itaque Graeci Ἄϊδος galeam dixerunt esse, non ut quidam

ΣHC_1 (*ab* Perseus)

430 inusitato] novo HC_1 || **431** erat HC_1 || **432** Polidicte C_1 || **433** poterat videri *scr. post* talaria C_1 || **435** itaque *om.* C_1 | galeam *om.* HC_1 | esse *om.* HC_1

420 vertentem N vertentes R vertente R^corr^ || **421** ferre SNMP | videbatur W || **422** *Titulum add.* De Andromeda RLδη Figura Andromedae A | haec *om.* R || **423** astra] sidera P | propter Persei] propter a se AE | eam Ceto propositam] amto profitam AE | Ceto *om.* L *compl.* L^corr^ || **424** liberarit AE liberaret δη | ea minorem] eam morem F || **425** pro *om.* γ | Zepheus F || **426** neque] et AE | Casiepia Rη Cassiephia A | et *add. ante* mater A || **427** sequirentur R sequatur A sequeretur R^corr^ || **428** Euripedes δ | hoc *om.* Y | fabulae SNM fabulam M^corr^ | commodissimam P || **430** *Titulum add.* De Perseo RLη Figura Persei A | hic *om.* F | nobilitas NY nobilitate AE nobilitatis Y^corr^ || **432** Polidicte M Pocide R Polidete (ly- F) LF Polidecte M^corr^R^corr^ | filia M filio M^corr^ | Gorganas B Gorgonas B^corr^ || **433** pegasum γ || **434** praeter eam N | et *add. ante* galeam RW | quam Nγ || **435** ita B itaque B^corr^ | esse dixerunt δ | non *om.* P *compl.* P^corr^ | quidem R quidam R^corr^

inscientissime interpretantur eum Orci galea usum; quae res nemini docto potest probari.

Fertur etiam a Vulcano falcem accepisse ex adamante factam, qua Medusam Gorgona interfecit; quod factum nemo conscripsit. Sed, ut ait Aeschylus tragoediarum scriptor in 440 Phorcisi, Graeae fuerunt Gorgonum custodes; de quo in primo libro Genealogiarum scripsimus. Quae utraeque uno oculo usae existimantur et ita suo quaeque tempore accepto oculo vigilias egisse. Hunc Perseus una earum tradente exceptum in paludem Tritonida proiecit; itaque, custodibus ex- 445

ΣHC_1 (*sed ab* fertur *ad* habere H *difficilis lectu est*)

437 probari potest HC_1 || 439 ex. *add. ante* qua C_1 || 440 conscripsit] non scripsit C_1 | tragoediarum scriptor *om.* C_1 || 441 Phorcisi] Forcisu C_1 || 441-442 Graeae ... scripsimus *om.* C_1 || 442 uno *om.* C_1 || 443 usae *om.* C_1 || 444 vigilias egisse] vigilasse C_1 | ab *add. ante* una C_1 | tradente *om.* C_1 || 445 Eritonidam C_1

436 interpretatur LB interpretantur $L^{corr}B^{corr}$ | galeam AE || 437 a nemine R nemine PY homini L nemini P^{corr} | non *add. ante* potest L *om.* L^{corr} | dicto N doctore Y || 438 vulgano A | adamantem E | facta N || 439 quam R qua R^{corr} | Medusa S Medussam NAF Medusum B Medusam B^{corr} | Corgona N Gorgonam R^{corr} PAη Gorgonem δ Gorgones W^{corr} | interfecit] iter fecit N | nemo] nec A ne E || 440 conscripsit] non scripsit (-bsit N) $NMR^{corr}AE$ scripsit FWB^{corr} scribit B | Aesdulus N || 441 Phorci S Phorcis (For- W) $MR^{corr}PLFW\eta$ Phorsici N Phorcusi A Phorcus E Fortis B | Igraeae $SMR^{corr}PLF\delta\eta$ Graecae NAE | fuerunt *om.* $M^{corr}P$ | fuerunt *add. post* custodes M^{corr} | Gurgonum custodes N Gorgones III R Gorgones P Gorgoneum custodes AE custodes Gorgoneum F Gorgonum custodes P^{corr} | de quo] in quibus SNMRAE quarum L de quo M^{corr} de quibus R^{corr} || 442 libro primo η | libri S | genealogiam L genealogiarum L^{corr} || 443 quaeque suo L | quoque SNMRAE quaeque M^{corr} || 444 vigilia R vigilias R^{corr} | exceptam A || 445 Trotonida R Tridonida P Tritonidam AEδZ Trinonidam Y Tritonida $R^{corr}P^{corr}$

caecatis, facile Gorgona somno consopitam interfecit. Cuius caput Minerva in pectore dicitur habere collocatum. Evhemerus quidem Gorgona a Minerva dicit interfectam, de qua alio tempore plura dicemus.

450 Heniochus. Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat. Quem Iuppiter, cum vidisset primum inter homines equos quadrigis iunxisse, admiratus est ingenium hominis ad solis inventa accessisse, quod is princeps quadrigis inter deos est usus. Sed 455 Erichthonius et quadrigas, ut ante diximus, et sacrificia Minervae et templum in arce Atheniensium primus instituit. De cuius progenie Euripides ita dicit: Vulcanum Minervae pulchritudine corporis inductum petisse ab ea ut sibi nuberet neque impetrasse et coepisse Minervam sese occultare in 460 eo loco qui propter Vulcani amorem Hephaestius est appellatus. Quo persecutum Vulcanum ferunt coepisse ei vim af- 2,13

ΣHC$_1$ (*usque ad* dicitur habere)

446 sopitam C$_1$ || **447** a Minerva C$_1$

446 Tritonida *add. post* facile F | Gorgonam R^{corr}Aδ | cui R cuius R^{corr} || **447** Minerva] manu sua AE | dicitur in pectore Nη | habere *om.* N || **448** quidam RP | Gorgonam SMRPL^{corr}EAB Corgonam N Gorganam LW Gorgona R^{corr} | quo Y || **450** *Titulum add.* Dheniocho R De Henioco (E- δ) Lδ De Auriga η Figura Aurigae A | Heniochum A | Auriga F | Latine *om.* γδ | dicimus] vocamus γ || **451** Herithonium F Erithonium Y Ericthonium Y^{corr} | Heratotenes P Erasthothenes (-te- B) δ Heratostenes P^{corr} Erasthostenes B^{corr} || **452** quadrigos B quadrigis B^{corr} || **453** adventa N || **455** et[1] *om.* P *compl.* P^{corr} | quadrigias R quadrigas R^{corr} || **456-457** et templum ... Minervae *om.* γ || **457** Euripidis N Eripides R Euripedes δ Euripides R^{corr} | Vulganum M Vulcanum M^{corr} || **458** corporis pulchritudine η | inductus AE || **459** nec F || **459-460** in eo ... appellatus *om.* F || **460** pro Vulcani amore η | propter *om.* L *compl.* L^{corr} | Hephetistius S || **461** persecutam AE | coepisse ferunt P | inferre η

ferre et, cum plenus cupiditatis ad eam ut complexui se applicaret, repulsus effudit in terram voluptatem; quo Minerva, pudore permota, pede pulverem iniecit. Ex hoc autem nascitur Erichthonius anguis qui ex terra et eorum dissensione 465 nomen possedit. Eum dicitur Minerva in cistula quadam ut mysteria contectum ad Erechthei filias detulisse et his dedisse servandum; quibus interdixit ne cistulam aperirent. Sed, ut hominum est natura cupida, ut eo magis appetant quo interdicatur saepius, virgines cistam aperuerunt et an- 470 guem viderunt. Quo facto, insania a Minerva iniecta de arce Atheniensium se praecipitaverunt; anguis autem ad Minervae clipeum confugit et ab ea est educatus.

Alii autem anguina tantum crura habuisse Erichthonium dixerunt eumque primo tempore adulescentiae ludos Miner- 475 vae Panathenaea fecisse et ipsum quadrigis cucurrisse; pro quibus factis inter sidera dicitur collocatus. Nonnulli etiam qui de sideribus scripserunt hunc natione Argeum Orsilochum nomine primum quadrigarum inventorem esse dixerunt et pro inventione siderum locum possedisse. 480

Alii autem hunc Mercurii filium ex Clytia natum, nomine Myrtilum, Oenomai aurigam definierunt. Cuius post notam omnibus mortem parens corpus in mundo constituisse existi-

462 cupiditate SAE cupitatis P cupidinis P^{corr} | pervenisset *add. post* eam η | complexus NLγB^{corr} || **463** terra Pγ || **464** iecit AE | haec F || **465** Ericthonii sanguis F | et] ex B et B^{corr} | dissensionem F || **466** possedit] accepit η || **467** Ericthei M^{corr}P^{corr} δZ Herectie AE Herectige F Erithei Y || **468** ne cistulam] nec istud iam N | cistam η || **469** omnium Y | natura hominum est B | natura est Y | haec *add. post* ut EF || **470** quod SNMRLW | interdicitur RLη | et *add. post* virgines Y | cistulam SLB || **471** eiecta Z || **474** autem *om.* E | anguina *om.* P *compl.* P^{corr} || **475** ab adulescentia P adulescentiae P^{corr} || **476** Panethenea (-aea P) MRP Panathea Fδ Panathenea R^{corr}B^{corr} || **478** Orgeum AE | Silochum R Orsilochium AE || **480** possedisse] obtinuisse η || **481** Dilicia F || **482** Martilum N | fuisse *add. ante* definierunt L^{corr}F | finierunt W | per A | natam NLY natum RP notam P^{corr} || **483** hominibus L | apparens δ

matur. Huius in humero sinistro capra instare et in manu si-
485 nistra haedi videntur formati; de quibus nonnulli ita dicunt: Olenum quendam fuisse nomine Vulcani filium, ex hoc duas nymphas Aega et Helicen natas, quae Iovis fuerunt nutrices. Alii autem etiam ab his urbes quasdam appellari dixerunt et Olenon in Elide, Helicen autem in Peloponneso et
490 Aegam in Haemonia ibi nominari; de quibus Homerus in Iliadis secundo dicit.

Parmeniscus autem ait Melissea quendam fuisse, Cretae regem; ad eius filias Iovem nutriendum esse delatum; quae quod lac non habuerint, capram ei admisisse, Amaltheam
495 nomine, quae eum dicitur educasse; hanc autem geminos haedos solitam esse procreare et fere eo tempore peperisse quo Iuppiter nutriendus est allatus. Itaque própter beneficium matris et haedos quoque dicitur inter sidera collocasse; hos autem haedos Cleostratus Tenedius dicitur primus inter
500 sidera ostendisse.

Musaeus autem dicit Iovem nutritum a Themide et Amalthea nympha, quibus eum mater Ops tradidisse existimatur;

484 cuius R | sinistra N || **485** ita *om.* R || **486** Olenam N Oleum Y Olenum N^corr Y^corr | Vocalni N || **487** duos P duas P^corr | Aega et Helicen] Aegeta Elicen S Aegaetelicen N Aega et Elizen L Oegelicen AE Ega et Dicen F Egam et Helicen η || **488** dixerunt *om.* γ || **489** Oleno P Olenon P^corr | Elide *ego*] Aulide *codd. Bu.* Aeolide *Burs.* Alide *LeBœu.* | Elizen L | Peloponneso *edd.*] Peloponesso SMRPD Peloponnenso N Peloponenso LE Peloponense A Pelopocnesse F Pelopenense δ Peloponesse Z || **490** Aegam in *om.* αLγδ | Oemonia γ Hermonia Y | Humerus N || **491** Ialtadis SNRPAE Hiliades M Hiliadis M^corr Iliadis P^corr Iaitadis L || **492** Parmenis R Parmeniscus R^corr | Melisea M^corr P Molysea R Melysea R^corr Mellissea L in Elissea W || **493** filiam A || **494** quod] cum B | habuerit R habuerint R^corr | ei *om.* E || **495** dicitur eum δ || **496** fere] forte L | perisse L peperisse L^corr || **497** qui N | Iovis η | itaque] autem || **498** Martis RL matris L^corr | quaeque Y || **499** Deostratus MPY Clestratus N Cdeostraccatus F Cleostraccatus F^corr | Teneus RP Tenedius R^corr P^corr | primus *om.* η || **501** Meieus E || **502** Opis SE Obs L Opus F Ops F^corr

Amaltheam autem habuisse capram quandam ut in deliciis, quae Iovem dicitur aluisse. Nonnulli etiam Aega Solis filiam dixerunt, multis candore corporis praestantem, cui contra- 505 rius pulchritudini horribilis aspectus existebat. Quo Titanes perterriti petierunt a Terra ut eius corpus obscuraret; quam Terra specu quodam celasse dicitur in insula Creta. Quae postea Iovis fuisse nutrix, ut ante ostendimus, demonstratur, sed, cum Iuppiter fidens adulescentia bellum contra Titanas 510 appararet, responsum est ei, si vincere vellet, ut αἰγός pelle tectus et capite Gorgonis bellum administraret, quam αἰγίδα Graeci appellaverunt. Itaque facto eo quod supra declaravimus Iuppiter Titanas superans regnum est adeptus et reliqua ossa αἰγός caprina pelle contecta anima donavit et stel- 515 lis figurata memoriae commendavit et postea quibus ipse vicerat tectus Minervae concessit.

Evhemerus ait Aega quandam fuisse Panos uxorem; eam ab Iove compressam peperisse quem viri sui Panos diceret filium; itaque puerum Aegipana, Iovem autem Aegiochum ap- 520 pellatum. Qui quod eam diligebat plurimum, inter astra caprae figuram memoriae causa collocavit.

503 quandam capram B | quendam A || **504** Aegea S Aegiam R Aegam (E- δη) Lδη Aegam R^corr | filiam Solis B | esse *add. post* filiam B || **505** cuius R^corr Lη || **506** pulchritudinis αAE pulchritudini N^corr R^corr | existabat N || **507** a Terra] Terrae R | corpus eius RZ | obscuraretur R || **508** Terram B Terra B^corr | quodam specu δ || **509** ostendimus] diximus δ || **510–512** contra ... bellum *om.* A || **511** appareret SRδ appararet S^corr R^corr B^corr | egros B egos B^corr || **512** quam *om.* N quod Lγ | eida E || **513** quo P || **515** animam γ || **516** figuratam PAE Bη || **518** Evhemerus] Et Hemerus R Eumerus L Eubemerus F Euhumerus Y | Aegam (E- δη) RLδη Age E Aega E^corr || **519** fuisse *add. ante* compressam F | perisse P peperisse P^corr || **520** puerum *om.* P petrum AE | Aegipana *edd.*] Aegipan *codd.* | Aegiopum P Heniochum L Aegiochum P^corr || **521** qui *om.* E cui SNRAF Aega L || **521–522** plurimum ... collocavit *non habet* A || **522** figura SNWη figurae RP figuram P^corr

Ophiuchus, qui apud nostros scriptores Anguitenens est 2,14
dictus, supra Scorpionem constitutus est, tenens manibus
525 anguem medium corpus eius implicantem. Hunc complures
Carnabonta nomine dixerunt Getarum qui sunt in Thracia
regem fuisse, qui eodem tempore rerum est potitus quo pri-
mum semina frugum mortalibus tradita esse existimantur.
Ceres enim, cum sua beneficia largiretur hominibus, Tripto-
530 lemum, cuius ipsa fuerat nutrix, in curru draconum colloca-
tum – qui primus omnium una rota dicitur usus, ne cursu
moraretur – iussit omnium nationum agros circumeuntem
semina partiri, quo facilius ipsi posterique eorum a fero victu
segregarentur.

535 Qui cum pervenisset ad eum quem supra diximus Geta-
rum regem, ab eo primum hospitaliter acceptus, ⟨deinde⟩ non
ut beneficus advena et innocens, sed ut crudelissimus hostis
insidiis captus, aliorum paratus producere suam paene perdi-
dit vitam. Carnabontis enim iussu cum draco unus eorum es-
540 set interfectus, ne, cum Triptolemus sensisset insidias parari,
curru praesidium sibi constituere speraret, Ceres eo venisse

2,14 *Deest* A *deest* E *ab* regis | **523** *Titulum add.* De Ophiuco RLBη De Ophiucu W | praeterea *add. post* Ophiuchus γ || **524** Scorpion SNM Scorpionem M^corr | constituitur δ | est *om.* αLγδ *LeBœu.* | manibus tenens B || **525** anguem *om.* F | implicatum N | quam plures P || **526** Carbonta RP Carnabunta F Carnabonta P^corr | et *add. post* dixerunt R || **527** regis R regem R^corr | rerum] regno L regnum η | potius NMR potitus M^corr R^corr || **528** mortalium N | existimatur F || **530** cursu αFZ currum B curru R^corr P^corr B^corr | draconem RP draconum P^corr | collocavit R^corr || **531** morti eripuisse *add. post* collocatum L *om.* L^corr | et *add. post* usus L *om.* L^corr | ne *om.* P *compl.* P^corr | curru SMR^corr cursum F currum η || **532** circumeuntes F^corr || **533** posterique] et posteri δ | vinctu R victu R^corr || **536** deinde *Bu.LeBœu.*] *om. codd.* mox *Burs.* || **537** et *om.* L *compl.* L^corr | crudelissimi F || **539** Carnabuntis F | et *add. ante* enim F || **540** eum B^corr | parare L parari L^corr || **541** curru] circum F | praesidia N | sibi praesidium sibi W sibi praesidium B | constituere *om.* B construere Y | speraret] paret R pararet R^corr | Cererem L Cerere F | *ante* eo *add.* enim LF dicitur η *om.* L^corr | venisset LF venisse L^corr || **541–542** curru … adulescenti *om.* Y *compl.* Y^corr

et erepto adulescenti currum, dracone altero subiecto, reddidisse, regem pro coepto maleficio poena non mediocri affecisse. Hegesianax enim dicit Cererem memoriae hominum causa ita Carnabonta sideribus figurasse, manibus tenentem 545 draconem ut interficere existimetur; qui ita vixerat acerbe ut iucundissimam sibi conscisceret mortem.

Alii autem Herculem esse demonstrant in Lydia apud flumen Sagarin anguem interficientem qui et homines complures interficiebat et ripam frugibus orbabat; pro quo facto ab 550 Omphala quae ibi regnabat multis ornatum muneribus Argos remissum, ab Iove autem propter fortitudinem inter sidera collocatum.

Nonnulli etiam Triopan Thessalorum regem dixerunt esse qui, cum suum domicilium tegere conaretur, Cereris ab anti- 555 quis collocatum diruit templum; pro quo facto, a Cerere fame obiecta, numquam postea frugibus ullis saturari potuisse existimatur. Novissime prope ad terminum vitae dracone obiecto mala plurima perpessus, aliquando mortem adeptus, inter astra Cereris voluntate est constitutus. Itaque 560 adhuc videtur eum draco circumplexus aeterna merentem afficere poena.

542 ereptum RLF erepto L^{corr} | curvum F curru Y | draconi R || **543** prae SM pro M^{corr} | certo RPδη coepto P^{corr} | malesino Z | affectum RP affecisse P^{corr} || **544** Hegesionax B | dixit N || **545** Charnabunta F Carbonanta η || **546** draconem ut interficere] ut interficere draconem αLF | ut^{1} *om.* Y *compl.* Y^{corr} | vixerit L | acerve (-vae N) SNRP acerbe $R^{corr}P^{corr}$ || **548** autem] vero F || **549** Sagarum Y | quia R | et *om.* F | homine R homines R^{corr} | quam plures P || **550** a ripa SNMRF ripam M^{corr} || **551** Emphala L Omphila W Omphola B | regina *add. ante* quae δ | qui RF || **552** autem *om.* P || **554** Triophan RY Tyriophan F | Thesalarum P Thesalorum (Te- B) P^{corr}B | dixerunt *scr. post* etiam δ | esse dixerunt F || **556** a *om.* R *compl.* R^{corr} || **557** fami R fama W fame R^{corr} | obiecta famae B | illis R ullis R^{corr} | saturare B satura Z | posse B || **558** novisse Y | vitae] tute SR | a *add. ante* dracone L | draconi SNR || **558-559** drachonis obiectu F || **560** inter] in M | est *om.* F || **561** viderunt Y | circumflexus F

Polyzelus autem Rhodius hunc Phorbanta nomine demonstrat qui Rhodiis auxilio maximo fuisse demonstratur: nam
565 cum eorum insulam serpentium multitudine occupatam cives ὀφιοῦσσαν appellassent et in ea multitudine ferarum draco fuisset ingenti magnitudine qui plurimos eorum interfecisset et patria denique deserta carere coegisset, dicitur Phorbas, Triopae filius ex Hiscilla Myrmidonis filia natus, eo
570 tempestate delatus omnes feras et eum draconem interfecisse; qui cum maxime Apollini dilectus esset, inter sidera locatus interficiens draconem laudis et memoriae causa videtur. Itaque Rhodii, quotienscumque longius a litore prodeunt classe, prius sacrificant Phorbantis adventu ut talis
575 eventus inopinatae virtutis accidat civibus qualis inscium Phorbanta futurae laudis ad sidera gloriae pertulit casus.

Complures etiam astrologi hunc Aesculapium finxerunt, quem Iuppiter Apollinis causa inter astra collocavit. Aesculapius enim, cum esset inter homines et tantum medicina ce-

563 Polyzelus *edd.*] Polizeius SM^{corr}RPFZ Polyceius N Polizeus (-ly- W) MLW Polyzetus B Politeius Y | Herodius F Rhodiis B^{corr} | auxilio *add. post* Rhodius B | Phorpanta N Phorbonta L Phoribanta B || **564** Rhodius δ || **566** Opphiussam NMδ Offiussam PF Ofphiusam L Ophiusam YZ^{corr} Ophiusiam Z | inter eam multitudinem R || **567** ingenti fuisset η || **568** deserta denique W || **569** Triophe F | Hiscilla *edd.*] Hiscela SNMPLFδZ Hischela R | Myrrimidonis N | ea MRL Wη eo M^{corr}L^{corr} || **570** eo *add. post* tempestate η | deletus F | cum Z | interfecisse *om.* L || **571** quod R qui R^{corr} | dilectus est Apollini B | inter sidera *om.* αLFδ *compl.* M^{sv}P^{sv} || **571–572** qui ... videtur *om.* L *compl.* L^{mg} *sed* laudis et memoriae causa interfecisse *scr. post* eum draconem L || **572** ut *add. ante* locatus R | memoria L^{mg} | videretur αL Fη *LeBœu. om.* B || **573** Herodii NRP Rhodi L Hrodii R^{corr}P^{corr} | a *om.* N || **574** classes MP^{corr}δη | Ohorbantis P Phorbantis P^{corr} | adventui RL | ut talis] ut aliis SNMR ut talis M^{corr}R^{corr}P^{corr} ut illis P ut F || **575** *ante* eventus *add.* ut N illis M^{corr}η | civibus *om.* P *compl.* P^{corr} || **576** futurae] fuit uncae F || **577** astrologi *om.* F | fixerunt N || **578** locavit P || **579** enim] autem N | tantam medicinam R tantum medicina R^{corr} | ceteris medicina Z

teris praestaret ut non satis ei videretur hominum dolores le- 580
vare nisi etiam mortuos revocaret ad vitam, novissime fertur
Hippolytum quod iniquitate ⟨novercae⟩ et inscientia parentis
erat interfectus sanasse, ita uti Eratosthenes dicit. Nonnulli
Glaucum Minois filium eius opera revixisse dixerunt; pro
quo peccato Iovem domum eius fulmine incendisse, ipsum 585
autem propter artificium et Apollinem, eius patrem, inter si-
dera anguem tenentem constituisse.

Vt quidam dixerunt, hac de causa anguem dicitur tenere
quod, cum Glaucum cogeretur sanare, conclusus quodam
loco secreto, bacillum tenens manu, cum quid ageret cogita- 590
ret, dicitur anguis ad bacillum eius arrepsisse; quem Aescu-
lapius mente commotus interfecit bacillo fugientem feriens
saepius. Postea fertur alter anguis eodem venisse ore ferens
herbam et in caput eius imposuisse; quo facto utrosque loco
fugisse; quare Aesculapium usum et eadem herba et Glau- 595
cum revixisse. Itaque anguis et in Aesculapii tutela et in
astris dicitur collocatus; qua consuetudine ducti posteri eius
tradiderunt reliquis ut medici anguibus uterentur.

582 novercae *Bu.LeBœu.*] *om. codd.* | inscitia (-cia Y) Rη || **583** uti *om.* δ | ut *add. post* uti S | Aresthotenes B Erastotenes η || **584** Minoos NMRPLWη *LeBœu.* Minoes F | opere P opera P^{corr} | facto *add. post* pro B^{corr} || **585** *ante* peccato *add.* ut SNMPδ LeBœu. pro B^{corr} | incendisse fulmine δ | incendisse *om.* Z || **586** partem Y || **587–588** constituisse ... tenere *om.* N || **588** ut quidam] nonnulli SMRFδ ut nonnulli L ut quidam M^{corr} | dicitur anguem P | tenere dicitur RZ dici tenere F || **589** cum *om.* F | cogeret N || **590** manu tenens L | agere S || **591** anguis] agnus N || **592** mente] monte N || **593** alter *om.* Z | ora R ore R^{corr} || **594** capite η || **595** Aesculapius M Sculapium P Aesculapium M^{corr}P^{corr} | et[1] *om.* L ut P et P^{corr} | in *add. ante* eadem B | et[2] *om.* Pδη || **596** in[1] *om.* RPF *compl.* P^{corr}F^{corr} | Aesculapius (Hes- P -sco- N) NRP Hesculapii P^{corr} | Iovis *add. ante* tutela R | et[2] *om.* RP *compl.* P^{corr} || **597** posteri] posterius δ || **598** reliquus B reliquis B^{corr}

Sagitta. Hanc unam de Herculis telis esse demonstrant, 2,15
600 qua aquilam dicitur interfecisse quae Promethei iocinera fertur exedisse; de quo pluribus dicere non inutile videtur. Antiqui cum maxima caerimonia deorum immortalium sacrificia administrarent, soliti sunt totas hostias in sacrorum consumere flamma. Itaque, cum propter sumptus magnitudinem
605 sacrificia pauperibus non obtingerent, Prometheus, qui propter excellentiam ingenii miram homines finxisse existimatur, recusatione dicitur ab Iove impetrasse ut partem hostiae in ignem coicerent, partem in suo consumerent victu; idque postea consuetudo firmavit. Quod cum facile a deo,
610 non ut homine avaro, impetrasset, ipse Prometheus immolat tauros duos quorum primum iocinera cum in ara posuisset, reliquam carnem ex utroque tauro in unum compositam corio bubulo texit, ossa autem quae circum fuerunt reliqua pelle contecta in medio collocavit et Iovi fecit potestatem ut
615 quam vellet eorum sumeret partem. Iuppiter autem, etsi non

ΣC_1C_2 (*usque ad* exedisse)

599 Sagittam C_2 || **600** quam C_1C_2 | interfecisse dicitur C_1C_2 | iocine refertur C_1 occiso refertur C_2

2,15 *Desunt* AE | **599** *Titulum add.* De Sagitta RLδη | Sagittam (sacy- F) FZ | esse telis N || **600** quam W | dicitur *om.* P | iocinora δ iocinira L iocinera B^{corr} || **601** verbis *add. post* pluribus η | diceret Y | utile RP LFδ inutile R^{corr}L^{corr} || **602** maxime P^{corr}δ | caerimonia maxima F || **603** ut ministrarent F administrarent F^{corr} || **604** flammas FB^{corr} || **605** qui *om.* P *compl.* P^{corr} || **606** miram] figuram B | hominis B | fixisse NY || **607** excusatione Lη || **609** id quod SNM idque M^{corr} | confirmavit δYZ^{corr} | qui R quod R^{corr} | a deo] ab eo S || **610** ab *add. ante* homine L^{corr} || **610-611** ipse ... posuisset *om.* M *compl.* M^{corr} || **611** duos tauros δη | duos *om.* L | prius vero P quorum primum P^{corr} | primi L primum L^{corr} | eorum *add. post* primum MP *om.* M^{corr} | imposuisset δ || **612** reliqua Z | uno SL | compositam in unum δ || **613** bubuli Lη | autem *om.* F | quae circum] quae cum SN quaecumque MP^{corr}Lη *LeBœu.* | fuerint N fuerunt N^{corr} | reliqua fuerunt δ || **614** contexta F

pro divina fecit cogitatione neque, ut deum licebat, omnia qui debuit ante providere, sed – quoniam credere instituimus historiis –, deceptus a Prometheo, utrumque putans esse taurum delegit ossa pro sua dimidia parte; itaque postea in sollemnibus et religiosis sacrificiis, carne hostiarum con- 620 sumpta, reliquias quae pars fuit deorum eodem igni comburunt.

Sed, ut ad propositum revertamur, Iuppiter, cum factum rescisset, animo permoto, mortalibus eripuit ignem ne Promethei gratia plus deorum potestate valeret neve carnis usus 625 utilis hominibus videretur, cum coqui non posset. Prometheus autem consuetus insidiari sua opera ereptum mortalibus ignem restituere cogitabat. Itaque, ceteris remotis, devenit ad Iovis ignem quo deminuto et in ferulam coniecto laetus ut volare non currere videretur ferulam iactans, ne spi- 630 ritus interclusus vaporis exstingueret in angustia lumen. Itaque homines adhuc plerumque qui laetitiae fiunt nuntii celerrime veniunt; praeterea in certatione ludorum cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine ut currerent lampadem iactantes. 635

Pro quo Iuppiter facto mortalibus parem gratiam referens mulierem tradidit his, quam a Vulcano factam deorum vo-

615–616 pro divina non η || **616** re *add. ante* divina L | cogitatione fecit R | cogitationem Z || **617** instituimus] constituimus F || **619** esse] est N | ossa *om.* P *compl.* P^{corr} || **620** sollempnitatibus B sollempnibus B^{corr} | in *add. ante* religiosis S | sacrificiis *om.* R *compl.* R^{corr} || **621** deorum fuit L | eodem *om.* RPZ *compl.* $R^{corr}P^{corr}$ | igne M || **624–626** ne ... posset *om.* δ *compl.* B^{mg} || **625** plus] ius SMRPLF eius N | potestate *om.* B^{mg} | neu FB^{mg} || **626** omnibus L hominibus L^{corr} | cum quoqui P conquoqui P^{corr} | coqui] concoqui SMY || **627** suo opere P sua opera P^{corr} | sua *om.* Y *compl.* Y^{corr} | erectum B ereptum B^{corr} || **628** cogebatur R cogitans P cogitabat P^{corr} || **629** diminuto B || **630** lectus Y | iactans] iactasse fertur L || **631** vapores F || **632** nuntii sunt δ | celerum SN celerium M celeres R celeriter L celerrime M^{corr} || **633** eveniunt SNM | certatio P certamine B certatione P^{corr} || **634** ex] et B | similitudine P consuetudine P^{corr} | lampades S

luntas omni munere donavit; itaque Pandora est appellata. Promethea autem in monte Scythiae nomine Caucaso ferrea
640 catena vinxit; quem alligatum ad triginta milia annorum Aeschylus tragoediarum scriptor dicit. Praeterea admisit ei aquilam quae assidue noctu renascentia iocinera exesset; hanc autem aquilam nonnulli ex Typhone et Echidna natam, alii ex Terra et Tartaro, complures Vulcani factam manibus
645 demonstrant animamque ei ab Iove traditam dicunt.

Sed de eius solutione haec memoriae prodita est causa: cum Iuppiter Thetin pulchritudine corporis inductus peteret neque a timida virgine impetraret neque ea re minus efficere cogitaret, illo tempore Parcae feruntur cecinisse fata quae
650 perfici natura voluit rerum; dixerunt enim quicumque Thetidis fuisset maritus, eius filium patria fore laude clariorem. Quod Prometheus non voluntate sed necessitudine vigilans auditum Iovi nuntiavit. Qui veritus id quod ipse Saturno patri fecisset in simili causa, ne patris regno privatus cogeretur,
655 destitit Thetin velle ducere uxorem et Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam eumque vinculis liberavit, neque, id quod fuerat iuratus, remisit vacuum omni alligatione

638 Pondera F | esse δ || **639** Prometheum Fη | Caucaso nomine R | Caucasum F Causo Y || **640** milia *om.* R *compl.* R^{corr} | Aeschelus P Aeschylus P^{corr} || **641** ait δ dixit Z || **642-643** quae ... aquilam *om.* Z || **643** Thypone NMP Thyphone (Thi- B) P^{corr}LB Thifone W Tipone Y | Echidna *Bu.LeBœu.*] Echyona (Echi- L) SNMPF Echione Rδ Ethiona YLZ^{corr} Thionia Z || **644** autem *add. post* alii F | ex Terra] Extera NM Exterea L ex Terram Y ex Terra M^{corr} | Tauro F Tartaro F^{corr} || **645** demonstrantur N || **646** memoria N | causam F causa F^{corr} || **647** Thetidis αFδη | conubium *add. ante* pulchritudine *Bu.LeBœu.* | ductus Z inductus Z^{corr} || **648** virgine timida P | eam rem η || **649** facta R fata R^{corr} || **650** voluit natura η || **652** necessitudine] necessitate NPL || **654** patri N patrio F | privatus regno η | privaretur coactus F || **655** destit L destitit L^{corr} | velle Thetim (Tethim B) δ || **656** meritum R meritam R^{corr} | eum qui R eumque R^{corr} | a *add. ante* vinculis Z || **657** hic R id R^{corr} | iratus N iuratum R iuratus R^{corr} | vacum N vacuum N^{corr}

futurum, sed memoriae causa ex utraque re, hoc est lapide et
ferro, digitum sibi vincire iussit. Qua consuetudine homines
usi quo satisfacere Prometheo viderentur, anulos lapide et 660
ferro conclusos habere coeperunt. Nonnulli etiam coronam
habuisse dixerunt ut se victorem impune peccasse diceret.
Itaque homines in maxima laetitia victoriisque coronas ha-
bere instituerunt; id exercitationibus et conviviis perspicere
licebit. 665

Sed potius ad initium causae et interitum aquilae reverta-
mur. Hercules missus ab Eurystheo ad Hesperidum mala
nescius viae devenit ad Promethea quem in Caucaso monte
vinctum fuisse supra diximus; a quo via demonstrata, illi vic-
toria evenit. Sed, dum iter faceret, contendit ut et draconem 670
de quo ante diximus interfectum iret et gratiam pro benefi-
cio Prometheo referret. Nam confestim sagitta aquilam quae
iocinera eius dirumpebat aggreditur; qua demissa eam inter-

658 a *add. ante* lapide L *om.* L^{corr} || **659–661** digitum ... ferro *om.* B *compl.* B^{mg} *sed* qua consuetudine ... coeperunt *scr. post* conclusos habere coeperunt B || **659** vincere NP vinciri RL^{corr}η *LeBœu.* vincire P^{corr} | quia R qua R^{corr} || **660** usu M usi M^{corr} | quo] quoque N || **662** dicerent LF || **663** homine R homines R^{corr} | magna R maximo B maxima B^{corr} | victorisque Z || **664** in *add. ante* exercitationibus P^{corr}Y | convivis P | conspicere M || **666** potius] opinor αLδ *LeBœu.* opinio FB^{corr} | quod *add. ante* ad R | revertar αη *LeBœu.* revertendum esse L revertatur FB^{corr} || **667** ab *om.* B | mala] poma SNMRLFδZ pomi Y || **669** fuisse *om.* P | illi *om.* αLFδ *LeBœu. compl.* L^{corr} et R^{corr} | victoriae δ victor iam *Bu.LeBœu.* || **670** evenit sed *om.* αLFδ *LeBœu. compl.* L^{corr} | facere αLF faceret M^{corr}P^{corr} | et *om.* LFδ || **670–671** aquilam de qua ... interfectam δ || **671** eum *add. post* interfectum R *om.* R^{corr} | iret] diceret αFδ *LeBœu.* | et *om.* L | pro beneficio *om.* L *compl.* L^{corr} || **672** Prometheo *om.* αLFδ *LeBœu. compl.* L^{corr} | refert L || **672–673** sagitta ... aggreditur] honorem quem potuit reddidit merenti αLF *LeBœu.* honorem quem potuit merenti reddidit δ sagitta ... aggreditur L^{corr} || **673** *post* qua *add.* clade *LeBœu.* | dimissa NRη *LeBœu.* de re S || **673–674** eam ... igitur *om.* αLFδ *LeBœu. compl.* L^{corr}

fecit. Igitur homines instituerunt ut, hostiis immolatis, ioci-
675 nera consumerent in deorum altaribus ut exsaturare eos pro
visceribus Promethei viderentur.

Vt Eratosthenes autem de Sagitta demonstrat, hac Apollo
Cyclopas interfecit qui fulmen Iovi fecerunt, quo Aescula-
pium interfectum complures dixerunt. Hanc autem sagittam
680 in Hyperboreo monte Apollinem defodisse; cum autem Iup-
piter ignoverit filio, ipsam sagittam vento ad Apollinem per-
latam cum frugibus quae eo tempore nascebantur. Hanc igi-
tur ob causam inter sidera demonstrant.

A q u i l a. Haec est quae dicitur Ganymedem rapuisse et 2,16
685 amanti Iovi tradidisse; hanc etiam Iuppiter primus ex avium
genere sibi delegisse existimatur. Quae sola tradita est me-
moriae contra solis exorientis radios contendere volare; ita-
que supra Aquarium volare videtur. Hunc enim complures
Ganymedem esse finxerunt.

ΣHC_1 (*ab* Aquila)

684 est quae *om.* HC_1 | rapi H raptum C_1 | et *om.* HC_1 || **685** hanc] quam HC_1 | primus ex avium] ex avium H rex aululum C_1 || **686** dilexisse HC_1 | quae sola] quod unam hanc ex avibus HC_1 | traditum HC_1 || **687** contendere volare] volatu contendere HC_1 || **688** nunc *add. ante* supra HC_1 | volare videtur] videtur collocata HC_1 | hunc] nunc HC_1

674 in laude Herculis *add. post* homines η | ut] in M | aquilae *add. ante* iocinera η || **675** eas P eos P^{corr} || **677** ut *om.* P || **678** qui] quod L | Iovis fulmen L Iovi fulmen L^{corr}δ | Aesculapius F^{corr} || **679** dixere F || **680** autem] hoc F hoc autem Z || **681** ignoraverit SNRPLFδ ignoverit P^{corr} | ad Apollinem (Appo- Z) vento η | perlatum N || **682** frigoribus R frugibus R^{corr} | qui R || **683** monstrant RPZ monstratur Y || **2,16** *Desunt* AE | **684** *Titulum add.* De Aquila RLδη | haec est *om.* P *compl.* P^{corr} | dicitur *scr. post* tradidisse P | Gammeden N || **685** primum P || **686** sibi delegisse] rapuisse Z sibi delegisse Z^{corr} | dilexisse R || **687** valere M^{corr} RPL^{corr}F volare R^{corr} || **688** Aquarum N | quam plures P || **689** fixerunt Z finxerunt Z^{corr}

Nonnulli etiam dixerunt Meropem quendam fuisse qui 690
Coum insulam tenuerit regno et a filiae nomine Coon et homines ipsos a se Meropas appellaret; hunc autem habuisse uxorem quandam nomine Ethemeam genere nympharum procreatam quae, cum desierit colere Dianam, ab ea sagittis figi coepit, tandem a Proserpina vivam ad Inferos arreptam 695
esse; Meropem autem desiderio uxoris permotum mortem sibi consciscere voluisse, Iunonem autem misertam eius in aquilam corpus eius convertisse et inter sidera constituisse, ne si hominis effigie eum collocaret, nihilominus memoriam tenens coniugis desiderio moveretur. 700

Aglaosthenes autem, qui Naxica scripsit, ait Iovem Cretae surreptum Naxum delatum et ibi esse nutritum; qui, post-

ΣHC_1 (*usque ad* etiam dixerunt *et ab* Aglaosthenes)

701 Aglosthenes (-te- C_1) HC_1 | Naxiaca HC_1 | conscripsit HC_1 | Cretae] sub Cete HC_1 || **702** subreptam HC_1

690 etiam *om.* P | Metropem B Meropem B^{corr} | quandam F quendam F^{corr} || **691** Choum Rδη Cum LF | regnum R regno R^{corr} | et a] eam R ea P et a P^{corr} | filiam P filiae P^{corr} | Choon RYZ^{corr} || **692** appellari M appellaret M^{corr} | autem *om.* Z *compl.* Z^{corr} | habuisse *om.* B *compl.* B^{corr} || **693** nympharum genere $M^{corr}P^{corr}$ || **694** desisset R | ab ea *om.* N || **695** figi coepit *om.* L *compl.* L^{corr} | tam SN tamen MR tandem M^{corr} | a *om.* F || **695-696** esse raptam M^{corr}P raptam esse η || **696** Meropam (-pan P) SNMPδ Meroam F | morte Y || **696-697** desiderio ... autem *om.* M *compl.* M^{corr} || **697** sibi *om.* MP | misertum L misertam L^{corr} || **697-698** convertisse in aquilam corpus eius δ || **698** eius corpus P | eius *om.* Z | vertisse η || **699** homines N | eum effigie B | eam M^{corr}Fη cum NML eum L^{corr} | eum collocaret] constitueret P eum collocaret P^{corr} | nichilominus δ hominis F nichil hominis B^{corr} | memoria NR^{corr} memoriae R || **700** coniugiis N | commoveretur L^{corr}η || **701** Aglaosthenes *edd.*] Aglosthenes (-te- PFB^{corr}η) αFB^{corr}η Anglostenes L Glostenes δ || **702** surruptum (sub- P) SNP surreptum P^{corr} | Naxam δ Naxum B^{corr}

quam pervenerit ad virilem aetatem et voluerit bello lacessere Titanas, sacrificanti ei aquilam auspicatam; quo auspi-
705 cio usum esse et eam inter astra collocasse. Nonnulli etiam dixerunt Mercurium, alii autem Anapladem pulchritudine Veneris inductum in amorem incidisse et, cum ei copia non fieret, animo, ut contumelia accepta, defecisse, Iovem autem misertum eius, cum Venus in Acheloo flumine corpus ablue-
710 ret, misisse aquilam quae soccum eius in Amythaoniam Aegyptiorum delatum Mercurio traderet. Quem persequens Venus ad cupientem sui pervenit; qui, copia facta, pro beneficio aquilam in mundo collocavit.

Delphinus. Hic qua de causa sit inter astra collocatus, 2,17

ΣHC_1 (*usque ad* collocasse *et ab* Delphinus)

703 pervenit HC_1 || 704 ei *om.* HC_1 | aquilam *om.* C_1 || 705 usum ... collocasse] iovem victorem revertisse et aquilam inter sidera collocasse HC_1 || 714 Delphin HC_1 | de qua C_1 | inter astra] in mundo HC_1

